FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

# ANTO. DE BVTRIO || IN QVINQVE LIBROS DECRE=||TALIVM COMMENTARIA ... Summarijs ... Flori || de Sura Lugdunen[sis] ... || ... ||

... || SVPER QVINTO DECRE=||TALIVM. || CLARISSIMI IVRIS || VTRIVSQVE DOCTORIS DOMINI || Antonij de Butrio super Quinto Decre=||talium accuratissime excusa, ... || ... ||

**Antonius <de Butrio>**

**Lugduni, 1532**

De purgatione canonica. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150710

Visual Library

uiter non preiudicatur vt in iuribus ſupradictis. Nec ob. quod di
ctum eſt de examinatione: quia hic eccleſie tunc eximuntur vt ac-
ceſſorie: ⁊ in acceſſorijs non fit tanta examinatio quanta in princi-
pali ſecundum Inno. ⁊c.

1 ☞ Ad epiſcopalia iura tenentur confratres priuilegiatoꝝ niſi in totum ſe tranſtulerint.
2 Oblati ꝙdiu ſe in confraternitate conferunt non eximuntur a poteſtate diocceſani: ⁊ ſe contuliſſe non cenſentur eo qđ in eorum domibus proprijs remanent.
3 Habitus mutatio non prodeſt quo ad exemptionem niſi in totuz plene transferatur.
4 Exemptorum mercennarij conducti a religioſis ad armenta ipſorum cuſtodienda vel ad eis ſeruiendum per annum pro ſtipendio an per diocceſanum poſſint excommunicari.
5 Priuilegio militum nõ gaudet miles commeatu accepto ſi remanet in domo ſua.
6 Priuilegium militis conſequitur qui nondum ad milites venit: ſi de numero ad numeruz transferatur: licet ad illud prius nõ peruenerit.
7 Confratres priuilegiatorum qui ſe non tranſtulerunt in totuz: an plene poterunt ire ad audienda diuina in eccleſijs confratrum religioſorum exemptorum.

1 **Quidam.** ¶ † Confratres priuilegiatoꝝ niſi in
totum ſe tranſtulerint ad epiſcopalia
iura tenentur. hoc dicit. Communis diuiſio. ſecũda ibi:
2 verum. ¶ † Nota quod iſti oblati ꝙdiu ſe in confrater-
nitate conferant ſeu in congregatione per fraternitatis non ſunt
a poteſtate dioce. exempti: et non cenſentur ſe contuliſſe eo quod
3 in domibus proprijs manent. ¶ † Oppo. de. c. vt priuilegia. ſ. eo.
vbi tales mutantes habitum habent priuilegium: quidam dicunt
ibi immutantibus habituz: hic in alijs. Tenete ſecundum doc. qđ
indiſtincte mutatio habitus non prodeſt quo ad exemptionẽ niſi
in totum ſint plene tranſlati: ſed quo ad priuilegia de quibus ibi
4 ſufficit mutatio habitꝰ: vt ibi. ¶ † Quero an mercenarij religio-
ſorũ qui quotidie conducuntur a religioſis ad armenta ipſorum
cuſtodienda vel ad ſeruiendum eis per annum pro ſtipendio poſ-
ſint excommunicari per dioce. dic quod ſic: ⁊ ſic debent decimas de
omni lucro ⁊ de parte gregis: niſi aliud contineatur in priuilegijs.
ſ. eo. porro. ſecunduz Uincen. ¶ Querit glo. j. de ratione dicit qđ
non ſufficit ſola receptio niſi ſequatur tranſlatio. xxj. qđ. ij. ſi quis
tranſlatus: ſicut non dicitur quis de numero militum prius quaz
ſit inter eos. ff. de mili. teſta. l. ex eo. Et ſola ratio poſſeſſionis non
eſt idonea ad munera iniungenda. ff. ad municipa. l. libertus. §. ſo-
5 la. † ſic ⁊ miles commeatu accepto ſi remaneat in domo ſua nõ ha
6 bet priuilegium. ff. ex qui. ca. ma. l. iiij. ¶ † Ea. glo. oppo. ff. de bon.
poſſeſ. que ex teſta. mi. l. vna. vbi dicitur qđ priuilegium militis ha
bet qui nondum venit ad milites. vide qđ no. de conceſ. preben. q2
diuerſitatem. in glo. penul. ⁊ ibi dupliciter ſoluitur. dicit Joã. an.
qđ ſi de numero transfertur ad numeruz habet priuilegium prius
quam illud perueniat. Ut in contrario: ſecus ſi non de numero: vt
7 l. ex eo. ¶ † Glo. ſequens eſt literalis. † Quero an iſti plene nõ trãſ
lati ibunt ad audienda diuina ad illos. dicit qđ non: q2 adhuc ſunt
parochiani priorum. de parochi. ca. ij. xvij. q. j. quibus ad hoc. ſ. eo.
vt priuilegia ⁊c. Antonius de Butrio.

1 ☞ Quo ad priuilegiũ retentionis decimarum ſemel nouale ſemper intelligitur nouale.
2 Nouale etiam dicitur terra de qua non extat memoria qđ aliquãdo fuerit culta: et quid ſi appareat locus vicinꝰ in loco culto: an ꝓſumatur iam cultus fuiſſe. nu. 6.
3 Teſtes plures qui dicunt ſe ab vno audiuiſſe loco vnius tantũ habentur. nu. 5.
4 Memoria quando dicatur non extare.
7 Principium cuiuſcunqꝫ rei eſt conſiderandum.
8 Priuilegia ſunt perpetua niſi preſcriptione tollantur.

1 **Conſultationi.** ¶ † Quo ad priuilegium
retentiõis decimarum ſe-
mel nouale ſemper ĩtelligitur nouale. hoc dicit. Ponit
dictum et rationem. ſecunda ibi: cum alias. ¶ No. ſum-
2 marium: et ſic apparet quod nouajitati non preſcribitur. ¶ † No.
qđ terra illa dicitur noualis de qua non extat memoria quod ali-
quando culta fuerit: ⁊ dicitur non extare memoria: quando nõ eſt
qui viderit vel audiuerit: nec eſt cõmunis opinio qđ fuerit culta.
3 † Et ſi plures apparerẽt qui dicerent ſe audiuiſſe ab vno loco vniꝰ
haberentur. ff. de conditio. ⁊ demon. l. cui fundus. ⁊. c. licet. el. ij. de
4 teſti. ¶ † Quero quando dicatur non extare memoria. dic quãdo
non eſt memoria nec opinio qđ aliquis audiuerit vel viderit terrã
5 cultam. † Et ſi aliqui extant qui dicant ſe ab vno audiuiſſe nil pro-
babunt: q2 habentur loco vnius. ſ. de teſti. licet ex quadam. de hoc
6 videbitis in. c. quid per nouale. j. de verbo. ſigni. ¶ † Quero quid
ſi appareat qđ locus apparet vicinus loco culto vel caſtro vel edi-
ficijs. Dicunt quidam qđ preſumitur fuiſſe iam cultus. allegat. xij.
q. ij. aurum. ⁊. C. de ali. preſtan. l. iij. ⁊ de admi. tu. l. lexqꝫ tutores. de
hoc in ſpe. de proba. §. circa nouale. verſi. ⁊ no. ¶ Glo. j. eſt literalis.
¶ Gloſ. ij. ſuper verbo debet. querit de ratione. dicit qđ ex quo eſt
nouale ſemper durat quo ad hoc vt decime non ſoluantur de tali
terra. Hic videbatur forte dubitatio: ſi poſt longa tempora que ſuf
ficerent ad preſcriptionem: debet talis terra dici nouale: vt poſtea
cenſeretur iure communi cum alijs vt poſtea ſoluerentur decime:
7 quod hic determinatur. ¶ Et dicit glo. qđ hic eſt argu. † qđ prin-
8 cipium eſt conſiderandum. alle. concor. † ⁊ qđ priuilegia ſunt per-
petua niſi preſcriptione tollantur. ſ. eo. accedentibus. ¶ † Glo. ſi.
eſt literalis. In ſi. dic ibi reducendo. Pone qđ expenſe ille excedũt
valorem fructuum percipiendorum ad quinquaginta annos: vt ſi
expenderunt mille: fructus valebunt quinquaginta. Dicit Joan.
and. Ego intelligo de expenſ. factis pro obtinendo priuilegio: pu
ta expenderunt centum: ſi terra non deberet eſſe noualis poſt. x. an
nos. Pone qđ in. x. annis perceperint quinquaginta quorum de-
cima fuerunt quinquaginta: lucrati ergo ſunt per retentionez de-
cimarum. quinquaginta: ſed in priuilegio expenduntur centum:
⁊ ſic perdunt quinquaginta. de expenſis enim culture non videtur
intelligi poſſe ex quo ſoluta decima nouẽ partes haberent in fru-
ctibus. Non habetis hic plura.

## ¶ De purgatione canonica. Rubrica.

¶ Quia propter delicta ſepius ad purgationem deuenitur: ideo poſt tractatum diuerſorum exceſſuum ſequitur iſta rubrica. Materia habetur. ij. q. v. ⁊. xv. qđ. v. ⁊ in ſpecu. de aboli. §. nunc. de purgatione ⁊c.

1 ☞ Purgat ſe per iuramentum infamatus fide dignus alias nõ vbi crimen probari nõ põt. nu. 12. ⁊. 16. ⁊ an hoc procedat: ſi is corã quo accuſatur neſciat an accuſatus ſit bone fame. nu. 13.
2 Hominum qualitas duplex eſt.
3 Procedendi modum diſtinguit perſonarum diſtinctio.
4 Diſtinctio qualitatis perſone diſtinguit eas quo ad onera probãdi ſeu modum.
5 Fidelitas hominis conſideratur penes virtuoſorum operationes ⁊ vitiorum carentiam.
6 Purgationis delationi quando eſt locus.
7 Infamia priuat quem commodo nobilitatis ⁊ ingenuitatis. numero. 11. ⁊. 17.
8 Fidelitatem tollunt delicta infamantia etiam in nõ credendo infamato. numero. 17.
9 Iuramenti commodo ad ſui vtilitatem iudicialiter preſtandi priuant quem delicta enormia.
10 Teſtificandi credulitate inter tertios licet quedã infamia priuet quem tamen ad commodum proprium non priuat vbi a iure permittitur: niſi delicta ſint enormia ⁊ manifeſta. nu. 16.
12 Nobilitatis ⁊ ingenuitatis commodo priuatur omnis publice delinquens. numero. 17.
13 Accuſatus de crimine an preſumatur male fame.
14 Ingenuus quis eſt. numero ſeq.
15 Nobilis ⁊ ingenuus an differant inter ſe.
18 A iuramento ad ſui commodum preſtando quomodo quis repellatur eo quod infamis: ⁊ reperitur in flagranti delicto.

1 **Nobilis.** ¶ † Infamatꝰ alias fidedignus ꝑ
iuramentum ſe purgat: alias non.
hoc dicit. Uel ſic. ingenuus ſe iuramento purgat: nõ
ingenuus nõ: ⁊ nõ ingenuus cẽſetur enormiter pec-
cans. h. d. Primo circa formam purgationis indicẽ
de ponit dictum in fidedigno. Secundo aliud in nõ
fidedigno. exempla ponens quibus quis fidedignus non dicatur.
2 ſecunda ibi. ſi autem. ¶ † No. primo duplicem hominum qualita-
tem: quidam nobiles: quidam ignobiles: quidam ingenui: quidaz
3 libertini vel ſerui. ¶ † Secundo no. ꝙ diſtinctio qualitatũ pſona-
rum modum diſtinguit contra eas procedendi aliter contra nobi-
lem vel ingenuum: aliter contra libertum ſeruum et ignobilẽ. Ter
tio no. qđ ab olim cauſe criminales tractabantur in ſynodo. cõcor.
4 ſ. de iudi. c. j. cum ſimi. ¶ Quarto no. † qđ diſtinctio qualitatis ꝑ-
ſone diſtinguit eas quo ad onera probandi ſeu modum: et releuat
5 in modo vel onere probandi vel aggrauat. ¶ Quinto no. † qđ ho
minis fidelitas conſideratur penes virtuoſoꝝ operationes: ⁊ pe
nes vitiorum carentiam: vnde infidelis dici poteſt quilibet publi-
6 canus peccator. ¶ † No. quando locus eſt delationi purgationis:
quando ſcꝫ crimen opponitur ⁊ de eo nõ cõſtat: ⁊ ſic videt qđ vt in-
dicatur purgatio debeat precedere ſaltẽ indiciũ ⁊ tela accuſatiõis.
¶ Ex ſcđa

¶ Ex ſecunda parte. No. hic quedam delicta que priuant quē cru-
delitate ſeu fidelitate paſſiua in facto proprio. In facto alieno di-
7 cit vt de teſti.teſtimonium. ¶ Scđo no.† qđ infamia priuat quem
8 commodo nobilitatis et ingenuitatis. ¶ † Tertio no. qđ delicta
infamantia tollunt fidelitatem etiam in non infamato credendo.
9 ¶ † Quarto no. qđ delicta enormia priuant quem commodo iu-
ramenti in iudicio ad ſui vtilitatem iudicialiter preſtandi: ex quo
pz practica de iureiur.c.ſi.cum ſi.vt ceteris paribus conſideretur
dignitas perſone: vt dignitas ab indignitate diſtinguatur princi-
10 paliter ex criminoſitate vel non criminoſitate perſone. ¶ † No. ꝙ
licet quedam infamia priuet quē credulitate teſtificandi inter ter-
tios tamen ad commodū proprium non priuat vbi a iure permit
11 titur: niſi delicta ſint enormia ꝛ manifeſta. ¶ † Ultimo nota quod
omnis publice ꝛ grauiter delinquens etiam quo ad metas fori cō-
tentioſi priuat ſe commodo ingenuitatis ꝛ amplectitur ſeruitutē
12 vel ſaltem libertinitatem. ¶ † Oppo. qđ purgatio non inducatur
imo procedi debeat ad criminis indagationem. ſ. de accu. quanto.
vt non probante accuſatore ipſe puniatur. de accu. ſuper his. Sol.
contrarium procedit quando crimen poteſt probari: hic quādo nō
13 ꝛ eſt ſuſpitio vel infamia contra purgandū. † Quid ſi is corā quo
accuſatur neſciat: an accuſatus ſit bone vel malefidei vel fame. dic
qđ debet eum reputare bone: ꝛ ſi hoc credat qđ credere deberet. de
preſump.c.ſi. purgatio non eſt indicenda ſm Hoſtiē. ¶ Glo.i. que-
14 rit † quis eſt ingenuus. dicit qđ ille qui ſtatim vt naſcitur liber eſt.
15 inſti. de inge. in princi. ¶ † Ea. glo. in verſicu. ꝛ dicitur. oppo. quod
tex. ſuperfluat: quia dicit nobilis vel ingenuus. per hoc ſentit qđ
nobilis vel ingenuus ſint diuerſa. quod eſt falſum: quia omnis no
bilis eſt ingenuus: ſed non omnis ingenuus eſt nobilis. Dicitur
ergo ingenuus qui alias non nobilis. quod non placet Hoſtien.
quia ſic pariter indicitur purgatio nobili et non nobili: ingenuo
etiā ruſtico. Ideo dicit nobilis ꝛ ingenuus. i. nobilis. i. ingenuus
16 ff. de verbo. ſigni. l. ſepe. ita qđ vel ponitur pro ꝛ. ¶ † Oppo. tex. in
princi. dicit qđ purgatio iuramentalis admittitur ſi ſit fidelis. Cō
trarium dicit in ſi. Nam non ingenuus eſt infidelis vel peccator: et
tamen non purgat ſe iuramentaliter. Sol. quedam eſt infidelitas
actiua per quam diſtinguitur hereticus vel iudeus a Chriſtiano.
de hac no. hic. Quedam eſt infidelitas paſſiua per quam alteri ꝛ al
teri aliter creditur. de hac hic vt dicit glo. ſuper verbo fidelem. Sic
ergo infideli. i. non fidedigno non creditur: ꝛ ei non defertur ſacra-
mentum: ſed ſolum fidedigno. Et ex hac glo. colligunt doct. infa-
miam facti non tollere fidē teſti: probant hoc modo. purgatio nō
indicitur: niſi de facto infamato: vt videbitis melius in hoc titu. ꝛ
tamen glo. dicit qđ hic eſt fidedignus et poteſt eſſe: igitur contra-
rium no. de teſti. teſtimonium. ꝛ per Bar. in. l. j. C. de ſumma tri. et
ſi. ca. ſed dic qđ hic loquitur de fidelitate ad eius commodū ꝛ non
ad tertij preiudicium. ¶ Glo. iij. oppo. qđ non debeat ſe neceſſario
purgare cum. xij. ſ. eo. ex tuarum. q2 numerus purgandorum eſt ar-
bitrarius hodie vt ibi. Solu. dicit gloſ. qđ olim procedebat qđ hic
dicitur. hodie contrarium. ¶ Querit glo. quarta qñ dicatur ſyno-
dus ſcire eum eſſe fidedignum. dicit glo. quando ipſa ſynodus hoc
17 ſcit vel iudex iudicialiter. ¶ † Querit glo. ſuper verbo in furto de
ratione quare non auditur preſtans iuramentum ad ſe purgandū
deprehenſus in furto. Dicit glo. qđ infamis. ff. de his qui no. infa.
18 l. furti. §. peractus. ¶ No. glo. iuncto tex. † qđ infamis de iure re-
pellitur a iureiurando iudicialiter ad ſui commodum preſtando.
per hoc hic priuatur commodo. l. admonendi. C. de iureiuran. ꝛ ca.
fina. de his que me. cauſa ſi. et generaliter a quolibet iuramento ad
ſui commodum preſtando: quod not. ¶ Glo. periuro eſt literalis.
¶ Glo. ſi. in prin. literalis. Querit in ſi. pro declaratione tex. quali-
ter ſe purgabit vel vt non ingenuꝰ. Dicit glo. qđ vt ſeruus vel vt li
bertinus ad arbitrium iudicis. ꝛ aliter quā ingenuus. dic ſm doc.
qđ ſe purgabit per iuramenta precedentibus indicijs: q2 ab illis
incipi non debet. de regu. iur. cum in contemplatione ſm Goff. et
Hoſti. Inno. dicit qđ purget ſe purgatione vulgari. Et in hoc cor-
recta videtur hec decre. pro quo ſatiſfacit. qđ olim erat in ti. de pur
ga. vulga. in prima compil. ꝛ dicebatur ingenuus non eſt niſi ſeruē
ti aqua vel candenti ferro ſe expurget: ꝛ ideo dixit Vincen. reſeca-
ta non paſſim in iudicijs alleganda. Ego credo primam verā: cū
illa particula ſit remota que correcta eſt ꝛc. Antonius de Butrio.

1 ☞ Contra infamatum cuius crimen probari non poteſt: quali-
ter procedatur anteꝙ ad purgationem perueniatur. nu. 10.
2 Famam ſuam negligens crudelis eſt.
3 Infamant hominem praue operationes ꝛ delictorum ſuſpitiones inducunt.
4 Ad veritatem dicendam aſtringitur quis iuramento ꝛ bāno chriſtianitatis.
5 Teſtis dictum examinati ſub banno chriſtianitatis valet: vt iura-
menti forma non ſit omnino de ſubſtantia dicti teſtis: dummodo
equipollens loco eius ſuccedat.
Ad infamatum quem concludendum ſufficit quod teſtis dicat qđ
penes populum eſt infamatus.
6 Ad purgationis indictionē proceditur etiam deficiente accuſa-
tore vbi precedit infamia vel ſuſpitio.
7 Delictum vbi eſt emendabile ſtatim nō debet indici purgatio: nec
ad penam procedi: ſed iudex debet infamia precedente cōtra ipm
procedere via denunciationis euangelice.
8 Publice non dicitur id fieri quod ſit duobus vel tribus pñtibus.
9 Officio poteſt quis ſuſpendi propter ſolam infamiam etiam non
indicta purgatione propter populi ſcandalum euitandum.
10 Monitio an ꝛ quando requiratur ad purgationis indictionem.

1 SI quis. ¶ † Dat ordinem procedendi contra
infamatum cuius crimen probari non
poteſt anteꝙ ad purgationem perueniatur. Tres ca-
ſus diſtinguens. vltimi rationem ſubiungendo ibi: ne
populus. Vel aliter ſuſpectus: qui tertio monitus ſe non corrigit
cum hoc poſſit ab officio ſuſpenditur donec ſe purget. h. d. Vel ter
tio in delictis emendabilibus ad purgationem non procedit: nec
purgationis penam: niſi premiſſa monitione hic deſcripta. hoc di
2 cit. ¶ † No. qđ negligens famam propriam negligit vitam ꝓpriā.
3 ¶ Secundo no. † qđ praue operationes hominis hominem infa-
4 mant ꝛ ſuſpitiones delictorum inducunt. ¶ No. iij. † quem aſtrin
gi ad veritatem dicendam iuramento ꝛ banno chriſtianitatis: ꝛ ſic
omnino formula iuramenti non eſt de ſubſtantia dicti teſtis: dum-
modo equipollens loco eius ſuccedat: ꝛ ſic eſt ar. qđ ſi teſtis in iudi
cio examinetur ſub banno chriſtianitatis quod eius dictū valet.
5 ¶ † No. iiij. qđ is dicitur infamatus qui penes populum eſt infa-
matus. Et ſic habes qualiter debeat deponere teſtis vt concludat
quem infamatū. de hoc de accu. ſuper his. ꝛ. c. qualiter. el. ij. ¶ No.
quinto qđ id dicitur patefactum: de quo conſtat in iudicio per te-
6 ſtes: non debet igitur eſſe notorium. ¶ † No. vj. qđ etiā deficiente
accuſatore proceditur propter infamiā ad purgationis indictio-
nem: ꝛ qđ vt indicatur purgatio requiritur infamiā precedere vel
7 ſuſpitionem. ¶ † No. vij. qđ vbi delictum eſt emēdabile ſtatim nō
indicetur purgatio: nec ad penā proceditur: ſed iudex debet infa
mia precedente contra ipſum procedere via denuntiationis euā-
gelice. ¶ Nota octauo qđ id dicitur ſeorſum fieri qđ ſit occulte nul
8 lis teſtibus vocatis. ¶ † Nota nono qđ id non dicitur publice fie-
ri qđ ſit duobus vel tribus preſentibus: oportet ergo qđ ſint plu-
9 res. ¶ † Decimo not. qđ propter ſolam infamiam quis ab officio
ſuſpenditur etiam non indicta purgatione: ꝛ hoc propter ſcanda-
lum populi euitandum. ¶ Oppo. qđ. c. non faciat ad tit. q2 loqui-
tur ad penam ſuſpenſionis ꝛ non de purgatione. Solu. dic ſuſpen
10 ſionis. i. purgationis. ¶ † Glo. vlti. q2 alie ſunt literales. oppo. qđ
ſtatim precedente infamia poſſit indici purgatio: ꝛ ſic nō expecte
tur monitio. ſ. eo. inter. ꝛ qđ ibi no. Solu. glo. dicit qđ putat quod
aliud eſt querere: an ad purgationem ſtatim poſſit procedi prece-
dente infamia: et dic qđ ſic vt in contrario. Aliud an ſtatim poſſit
procedi ad ſuſpenſionem: ꝛ dic qđ non: niſi precedente monitione:
de qua hic. dic qđ ſi delictum eſt emendabile: q2 non momentaneū
ſed ſucceſſiuum: vt tenere concubinam vel non reſidere in quibus
admonitio poteſt operari: ꝛ ad penam vel purgationem non pro-
ceditur niſi precedente monitione de qua hic. Si vero delictum nō
eſt emendabile: q2 momentaneum: ꝛ non poteſt fieri qđ non ſit fa-
ctum: tunc precedente infamia proceditur propter ſcandalum ad
penā: ꝛ ad indictionē purgationis etiā non ſeruata forma decre.

1 ☞ Purgationis forma in regularibus perpēditur ex regule in-
ſtitutione.
2 Monialem libidini inſeruire qualiter poterit manifeſte detegi.
3 Manifeſtū dicitur id qđ teſtibus vel corporis aſpectu pōt ꝓbari.
4 Compurgandorum numerus taxari debet ſecundum qualitatem
ſuſpitionis.

1 MOniales. ¶ † Forma purgationis in regula-
ribus perpēditur ex inſtitutione re-
gule. h. d. ¶ No. primo qđ id dicitur manifeſtum qđ eſt
probabile vel probari poteſt: vel eſt probatum. ¶ Nota
2 ſecundo qđ libido in monialibus eſt reprobata. ¶ † Quero quali-
ter poſſet manifeſte detegi monialem libidinibus inſeruire. dicit
glo. per teſtes vel aſpectum corporis. xxij. q. j. nec aliqua. ¶ No. gl.
3 iuncto tex. † quod id dicitur manifeſtum quod teſtibus vel corpo
4 ris aſpectu probari poſſit. ¶ † In glo. ſi. in ſi. vel dic qđ ſecundū re
gulam que habet qđ ſecundum qualitatem ſuſpitiōis taxetur nu-
merus compurgatorum: vt. ſ. de hereti. ad abolendā. §. qui vero.
ꝛ. ſi. q. v. omnibus. Antonius de Butrio.

1 ☞ Purgatio non indicitur vbi delictum eſt probabile.
2 Conſentiens vel interueniens in delicto pari punitur pena.
3 Degradationis capax eſt quilibet de quocūꝙ gradu eccleſiaſtico.
Irregularitatem incurrere poteſt in minoribus exiſtens: ꝛ degra-
dari poteſt.

4 Suſpitione ſola delicti inducitur purgatio: dato etiam qđ non
ſit infamatus.
5 Raptus committi poteſt in rebus.
6 Confeſſio delicti facta extra iudicium gloriando de delicto an in-
ducat condemnationem.
7 Preſumptio violenta parat iudicium: temeraria vero non: ſed ve
riſimilis purgationem inducit.

1 **Si quis.** Non ſummatur: vel dic † vbi delictuȝ eſt probabile purgatio non indicitur: alias
2 ſic. hoc dicit. ¶ † No. primo qđ agens cõſentiens vel in-
terueniens pari pena puniuntur vt pariter delinquen-
3 tes. ¶ Secundo no. † qđ quilibet de quocunqȝ gradu eccleſiaſtico
eſt capax degradationis: ⁊ ſic eſt arg. qđ in minoribus exiſtens po-
teſt incurrere irregularitatem: et poteſt degradari. de quo de cleri.
4 excõ. mi. c. ij. ¶ Tertio no. † qđ propter ſolam ſuſpitionem ⁊ veriſi-
milem indicitur purgatio etiam dato qđ nõ ſit infamatus. de quo
5 dic. vt de offi. ordi. graue. ⁊. c. ex parte. ¶ † Quarto no. penam aſſi-
ſtentis rapienti alienã ſponſam. Quid ſi conſenſerat raptori alia-
rum rerum. dic qđ idem rapiuntur quandoqȝ res: quandoqȝ corpo
6 ra. de rap. per totum: ſm Hoſti. ¶ † Glo. i. literalis eſt. ¶ † Gloſ. ij.
oppo. qđ dato qđ quis delictum procedat per hoc non puniatur.
de ſimo. ex tue. Solu. ſi in iudicio confiteatur procedit qđ hic dici-
tur. Si ſacerdoti occulte confiteretur procedit contrarium. Dicit
Innoc. idem ſi prodiderit extra iudicium ſe de delicto gloriando.
de exceſ. prela. quam ſit. qđ intellige nõ vt puniatur ex delicto pro-
bato: ſed vt ex delicto gloriationis: vt ibi dixi: vel vt forte vi huius
confeſſionis cogatur ſe purgare vel docere ſe aliter intellexiſſe: vt
7 no. Innocen. de elec. per inquiſitionem. ¶ † Oppo. glo. vlti. ⁊ vi-
detur qđ propter ſuſpitionem veriſimilem non tantum indicatur
purgatio: ſed etiam damnetur. xxxij. qđ. i. dixit. Solu. quedam eſt
preſumptio temeraria: ⁊ iſta nihil operatur. vi. q. i. oues. Quedam
eſt ſuſpitio veriſimilis: ⁊ per hanc purgatio indicitur vt hic. Que-
dam eſt violenta: ⁊ hec ſufficit ad ſententiam vt in contrario.

1 ☞ Purgare ſe debet iuramento infamatus contra quem proba
ri nõ poteſt de veritate: compurgatores vero de veritate iurabũt.
Accuſatione iterata plurium perſonarum licet canonice nõ pro-
ſequentium ſurgit infamia ⁊ ſuſpitio habilis ad purgationem in-
dicendam.
3 Accuſatores plures contra eandem perſonã admittuntur denun-
tiando. numero. 13.
4 Vicini preſumuntur ſcire veriſimiliter facta vicinorum vel ſubie-
ctorum maxime quando factum eſt ſcandaloſum et magne pſone.
5 Accuſatio debet in ſcriptis porrigi.
6 Accuſato eſt nihilominus purgatio indicenda accuſatore etiã in
probatione deficiente.
7 Simonia inducitur quando ſpeciale datur etiaȝ alio a pecunia p
aliquo temporali.
8 Purgatorij iuramenti forma que ſit tam contra purgatum quam
compurgandum. nu. 10.
9 Iurare quis non debet preciſe de veritate ſuper facto alieno.
11 Teſtes quomodo poſſunt deficere in probatione ſecundum for-
mam canonum.
12 Iurare non arctantur epiſcopi tangendo ſacra pro veritate dicen
da niſi in caſibus a iure expreſſis.
14 Accuſator ſeu denuntiator qua pena puniri debeant vbi in proba-
tione deficiunt.
15 Accuſare an poſſit vnus plures.
16 Epiſcopalis dignitas an ſit ordo.

1 **Quotiens.** ¶ † Infamatus contra quẽ crimen probari non poteſt ſe purgare debet
iurando de veritate. Compurgatores vero de credulita
te iurabunt. hoc dicit. Primo narrat factum. Secundo
ibi. communi. purgationem indicit ⁊ numerum taxat. Tertio ibi:
2 porro. Ponit purgationis formam. ¶ Not. primo † qđ ex iterata
accuſatione plurium perſonarum licet canonice non proſequen-
tium ſuſpitio et infamia ſurgit habilis ad purgationem indicen-
3 dam. ¶ † Nota qđ plures admittuntur ad accuſanduȝ eandẽ per-
4 ſonam. ¶ Tertio no. † qđ vicini ⁊ ſuperiores veriſimiliter nõ igno
rant publice facta vicinorum vel ſubiectorum: maxime quando fa
5 ctum eſt ſcandaloſum ⁊ magne perſone. ¶ Quarto no. † qꝛ accuſa-
6 tio debet porrigi in ſcriptis. ¶ † Quinto nota qđ etiam accuſato-
re in probatione deficiente nihilominus accuſato eſt purgatio in-
dicenda. Hoſti. remittit. de accuſa. cum. p. et vide in ſpecu. de aboli
7 tio. §. nunc. de purgatione. verſ. ſed pone. T. accuſauit. ¶ † Sexto
nota qđ ſpirituale dare pro aliquo temporali etiã alio a pecunia
8 inducitur ſimonia. ¶ Ex. §. porro. † Nota formam iuramenti pur
gatorij: tam purgati quam compurgandorum. ¶ Secundo nota
9 † quod in facto alieno quis preciſe iurare non debet de veritate:
ſed de credulitate: nec debet iurare de ſcientia vbi factum iuranti
10 non eſt certum. ¶ Tertio nota † qđ compurgatores debent iura-
re corporaliter: et ſuper ſancta dei euangelia. Item qđ epiſcopus
ſe purgando et epiſcopi compurgatores debent iurando tangere
11 ſacra. † ¶ Quero circa princi. † quomodo poſſint deficere teſtes ſe-
cundum formam canonum. dic quia deficiunt etate: crimine ⁊ infa
mia: alias non plene probant. vel dicti ſui ſufficientem non red-
dunt cauſam. de teſti. ex parte. et. c. cum cauſam. ¶ Ad ſecundam
12 partem oppo. qđ epiſcopi iurando non tangant ſacra. xi. qđ. i. nec
onere. Solu. hoc eſt teſtimonium credulitatis non veritatis. Iteȝ
voluntarium non neceſſarium. i. c. ij. in fine. ⁊ dicetur. i. eo. de teſti-
bus. ⁊ vide de electio. vt circa. in glo. per hoc dicas et vide nota. in
clemen. i. §. porro. in glo. ij. de hereti. ⁊ hoc quantum ad compurga
tores: quantum ad ſe purgantem dicit qđ ſpeciale eſt: cum epiſco-
pus ſe purgat: et eſt ratio ſpecialitatis: quia ſimonia eſt hereſis:
ideo tangit ſicut quando abiurat hereſim. i. qõne. vij. quotiens. Et
in glo. magna antiqua tenuit qđ regulariter epiſcopus non tenea
tur iurando tãgere ſacra niſi in caſibus a iure expreſſis: ſed in ad-
diti. noua poſt tenuit totum contrarium ſcilicet qđ teneatur regu
lariter tangere niſi in caſibus a quibus a iure ſubleuatur. dic vt
13 ibi. ¶ Glo. i. oppo. † qđ plures non admittantur ad accuſandum:
ſed debet iudex eligere. de accuſa. cum oporteat. Gloſ. fatetur con-
trarium: et dicit qđ hic hoc factum fuit de facto. vel dicit gloſ. plu-
res accuſatores admitti non debent vt in contrario. Sed plures
denuntiatores ſiue delatores ſic: vnde expone accuſatores id eſt
14 delatores ſiue denuntiatores: ⁊ hoc ſatis hic videtur: † quia ſi fuiſ
ſent accuſatores ⁊ non probauerint puniri debent pena talionis
ad quam ſe inſcribere debuerunt. ſ. de ſimo. licet hely. aliter non
admittitur accuſator vt ibi: tamen denuncians ſi non probat pu-
niri debet extraordinaria pena arbitrio iudicis. ſ. de calumnia. c.
15 ſcdo. † An autem vnus poſſit plures accuſare. no. lxxxi. diſtinctio.
Maximianus. ⁊. ij. q. i. prohibentur. et. i. titu. proxi. c. ij. vbi de hoc
16 dicetur. ¶ Glo. ij. inducit decre. ad. q. † qđ epiſcopalis dignitas ſit
ordo. de hoc remittunt docto. xxxij. diſtin. c. i. et in prohemio. vi. li-
bri. Ad partem qđ ſit ordo. facit. xxiiij. diſti. c. ij. ⁊. c. epiſcopus. cum
ordinatur. liiij. diſtin. ſi ſeruus. ij. C. de epiſco. et cleri. auf. epiſcopa
lis ordo. lxiiij. diſtinctio. c. i. ⁊. ij. lxv. diſtinctio. porro. lxxv. diſtin. c. i.
lxxx. diſtin. epiſcopus. ⁊. c. ſi. ⁊. lxxxiiij. diſtinctio. cum in preterito.
et. lxxxix. diſtin. c. ſi. xciij. diſtic. c. diaconos. ⁊ de renun. poſt tranſla-
tionem. ad ſi. de tempo. ordi. ſi archiepiſcopus. ⁊. c. nec epiſcopi. de
conuer. coniuga. ſane. de preſby. non bapti. c. ſi. verſic. preterea. de
conſecra. eccle. vel alta. aqua. In contrarium decre. ij. de cleri. per-
cuſ. ad contrarium. de ſeru. c. vno. de ſacra vncti. c. vno. In quibus
dicitur epiſcopos conſecrari: preſbyteros ordinari. item preſby-
teri olim eligebant vnum ex ſe quem epiſcopum nominabant. xc-
iiij. diſtin. legimus. verſicu. qđ autem. xcv. diſtinc. olim. qđ nota. in
proemio. vi. ſuper tertia glo.

1 ☞ Ad purgationem compellit epiſcopus parochianum ſuum
infamatum: niſi ab eo appelletur pro crimine eccleſiaſtico. nu. 7.
2 Ad purgationem indicendam duo requirũtur: ⁊ qualiter ad pur
gationem compellatur laicus. nu. 5.
3 Appellatio ſuper crimine interpoſita ſuſpendit purgationis in-
dictionem: et ſic appellari licet ab indictione purgationis vel cor
rectione quando exceditur modus. nu. 8.
4 Purgatio an indicatur in cauſa matrimonij.
6 Purgatio non ſolum indicitur deficientibus accuſatoribus: ſed
etiam eis non aſſiſtentibus.
7 Laicus ex quibus delictis ſubijciatur epiſcopo.

1 **Nos inter.** ¶ † Epiſcopus parochianum ſuuȝ infamatum ad purgationem com-
pellit: niſi ab eo appelletur. hoc dicit. Cõmunis diuiſio.
ſecunda ibi: qꝛ nos. in qua tria facit. dicit: excipit. et ex-
ceptioneȝ declarat: que partes per ſe patent. ¶ Nota primo quod
epiſcopo ſubiectus poteſt parochianus appellari: quia eſt de pa-
2 rochia id eſt de dioce. ¶ † Secundo nota duo requiſita ad purga-
tionem indicendam. Primum quod probationes deficiant. Se-
cundum quod contra purgandum laboret infamia. Tertiuȝ quod
agatur de crimine: et ſic videtur quod in cauſa ciuili non habeat
locum purgatio. Quartum quod deficiat accuſator. ¶ Tertio no-
ta quod purgatio indicitur demum deficiente accuſatore: vel de-
3 ſiſtente ⁊ non probante. vt in. c. proxi. ¶ † Quarto nota quod ap-
pellatio ſuper crimine interpoſita ſuſpẽdit purgationis indictio-
nem. Et ſic not. qđ licet non appelletur a notorie delinquente: ap-
pellatur tamen ab infamato. Et no. qđ in voluntate appellantis
4 eſt eligere iudicem. de quo. de appella. ſi duobus. ¶ † Quero an in
cauſa matrimoniali indicatur purgatio. dic ſi agitur ad thorũ diſ-
ſoluendum ꝓpter adulteriuȝ ſic. ij. q. v. §. hoc autẽ. et cõpurgatores
erunt vicini:

erunt vicini:vel que habent notã quã purgant.j.e.cum.P.Si ad
diſſolutionem coniugij nõ admittit purgatio:nec effect⁹ purgatio
nis:q² nec p̄iudicat ↄfeſſio ſine alijs indicijs.de eo q cogno. cõſan.
ſuper eo.Nec hꝫ locũ iuramenti delatio.xj.q.iij .rurſus.ſm Vinc.
5 ¶ †Quero quał̃r cõpellet laicus ad purgationẽ.dicit ho.ꝙ ſicut
clericus a celebratione officij ſuſpendit donec ſe purget:ſuſpendi
6 tur ab auditione officij.¶ Oppo.glo.†ꝙ non ſolũ deficientib⁹ ac
cuſatoribus in ꝓbatione indicat purgatio:ſed etiã eis non aſſiſtẽ
7 tibus.ij.q.v.p̄ſbyter.cum ſi glo.fatet̃ ↄ̃rium.¶ †Oppo.ij.glo.qḋ
contra quẽlibet parochianũ ⁊ ſic laicum non p̄cedit eps ad purga
tionem.de iudi.nouit.qui fil.ſint leg.cãm.So.dicit glo.ↄ̃ laicum
p̄cedit ſi crimen eſt eccleſiaſticum:puta hereſis vel inceſtus:vt ſi cõ
ſanguineus teneat conſanguineam:vel niſi habeat tpalem iuriſ
ditionem:hoc tꝫ Inn.⁊ illius criminis cuius qs nõ hꝫ ꝓbationẽ
nec purgationis indictionem que ſuccedit loco probationis:pre
dicta vera prout eps vult imponere penam temporalem:⁊ ad hũc
finem indicere purgationem.Secus ſi velit procedere ad penã pe
nitentialem:q² quo ad iſtam quilibet ſubiectus eſt eccleſie:vt.d.c.
nouit.⁊ ſic intelligitur dictum Archi.de conſue.c.ij.lib.vj.vbi di
8 cit ꝙ tex.gñaliter loquit̃:⁊ ideo gñaliter dꝫ intelligi. ¶ †Oppo.
glo.ſi.quod ab indictione purgationis non appellet:ſicut nec a
correctione.de offi.ordi.licet.⁊.c.irrefragabili.Solu.hoc intellige
quando eps in indictione modum excedit:⁊ ſic appellans hꝫ iu
ſtã cãm:alias procedit contrarium:⁊ dꝫ grauare ſm docto.qñ non
vult recipere teſtes notos ad probandum bonam famam:ſed reci
pit ignotos vel viles inimicos:vel abiectos:vel nimium inquirit
de qualitate compurgatorum:ſm hoſt. Anto.de Butrio.

1 ☞ Compurgatores debent eſſe honeſti:⁊ notũ habere quẽ pur
gant:nec a iudice debent impediri:⁊ deficiens in purgatione pu
niri debet in purgatione.
2 Iudicium tria corrumpunt et peruertunt.
3 Famam non põt quis recte deponere de incognito.
4 In purgatione deficiens velut cõuictus punitur.nu.7.
5 Compurgatores ſunt voluntarij non aũt neceſſarij.
6 Iudex ex officio prouidere debet quod omnes teſtes in litigio ſe
cure deponant.

1 Cum.p. ¶ †Compurgatores debẽt eſſe honeſti
⁊ notum habere quẽ purgãt:nec impe
diri debent a iudice:⁊ deficiens in purgatiõe puniri dꝫ
vt conuictus.h.d.ſecũda ibi.vt autem.tertia ibi.deficiẽ
te.quarta ibi.precauens.¶ No.primo qualitatẽ ↄpurgandorum
2 †⁊ tria iudiciũ peruertentia:amor:odium:⁊ lucrum. ¶ Secundo
3 no.†qḋ de icognito quis nõ poteſt famã recte deponere. ¶ Ter
4 tio no.†finem deficientis in purgatione:q² velut conuictus puni
5 tur.¶ Quarto no.†qḋ compurgatores ſunt voluntarij ⁊ non ne
6 ceſſarij.¶ †Vltimo no.ꝙ iudex ex officio ꝓuidere debet qḋ oẽs
teſtes in litigio ſecure deponant.¶ Circa primam partem quero
de requiſitis ad purgationem indicendam per ſuperiorem. dic qḋ
requiritur fama vel ſcandalum.Item vehemens ſuſpitio.j.eo.in
ter.etiam ſi nulla accuſatio permittatur vel inquiſitio.¶ Oppo.
quod deficiens non puniatur ac ſi fuerit conuictus.ij.q.v .p̄ref by
ter.dic ſi negligit preſtare vel renuit:vel ſtatuto peremptorio ad
purganduꝫ non priuatur:ſed ab officio ⁊ beneficio ſuſpendit̃ quo
uſqꝫ ſe purgauerit.ↄ̃.c.ij.j.c.j.Si negligit p̄ſtare ſtatuto termĩo p
emptorio ad ſe purgandum punitur:velut conuictus niſi appel
let.de re iudi.quod ad conſultationem.qui fi.ſint legi.lator.Non
ob.de here.excõmunicamus.niſi ſtatuto termino negligens excõ
municatur.Soln.ſpeciale in illo crimine ne quis de tanto crimine
ex tali preſumptione damnetur.de preſump.literas.ad fi. quod te
net Ioã.an. Si enim ipſam attentet preſtare ⁊ deficit:q² non ha
bet nec habere ſperat compurgatores punitur:ac ſi conuictus eẽt
de ſimo.de hoc.⁊.c.inſinuatis.Si non habet nec habere ſperat tũc
procedit.c.ſi preſbyter.⁊.c.ſi mala.ſi ſe offert paratum purgare:ſꝫ
purgatores habere non poteſt:ſperat tamẽ habere . procedit.c.ſi
preſbyter.Si vero non habet nec habere ſperat:⁊ tunc procedit qḋ
hic dicitur.Omnes glo.ſunt literales. Antonius de Butrio.

1 ☞ Abſolutio ad purgationem vulgarem facta nõ valet:vel ab
ſolutus de delicto ⁊ ſemel accuſatus qũo videatur poſſe iterum ac
cuſari.nume.9.
2 Officio põt quis ſtatim ſuſpendi p̄cedente infamia etiã nulla in
dicta purgatione ꝑpter delicti enormitatem.nu.5.
3 Sententia lata pretextu probationis iuris improbati eſt nulla.
numero.9.
4 Purgatio indicitur deficientibus etiaꝫ accuſatoribus:ſi adeſt in
famia.
6 Iudicia peregrina que dicantur.
7 Purgatio facta coram nõ ſuo iudice an deleat infamiam.
8 Abſolui quis poteſt ab effectu iſamie:licet Deus ſolus deleat ea
que ſunt facti.
9 Accuſatus ⁊ abſolutus quomodo videatur poſſe iterũ accuſari.

1 Ex tuarum. ¶ †Abſolutio ad purgationem
vulgarem facta nõ vꝫ.h.d.Cõis di
uiſio.ſecunda ibi.q² igit.in qua duo facit. Primo de
clarat.Secundo ordinẽ p̄cedendi ſubmittit ibi.mãda
2 mus.¶ No.primo †ꝙ p̄cedente infamia:etiã nulla indicta purga
tione qs põt ab officio ſuſpendi:⁊ ſic habes ordinẽ preambulum
3 ad purgationis indictionẽ.¶ Scḋo no.†qḋ ſnĩa lata pretextu ꝓ
4 batiõis iuris improbati eſt nulla.¶ Tertio no.†qḋ deficientib⁹
accuſatorib⁹ ſi adeſt infamia indicit̃ purgatio.¶ Quarto no.ꝙ cõ
purgatio vulgaris ⁊ non canonica:ſeu ꝓbatio nõ releuat quẽ ab
onere ꝓbandi.¶ No.ꝙ numerus cõpurgandoꝝ eſt arbitrarius.
¶ No.effectum obtentionis in purgatione:q² abſoluit̃ eius infa
mia ſententiali iudicio deletur.Et ſic no.ꝙ infamia etiã facti vel
effectus infamie eſt delebilis.¶ No.hic practicam ꝓnunciandi p
5 obtinente in purgatione.¶ †Op.ꝙ ſtatim ſuſpendi non debeat
j.eo.inter.So.dicit glo.hoc operat̃ enormitas delicti vt ſtatim ſuſ
pendat̃.Idem ſi ſubeſt ſcandalum.ij.q.v.p̄ſbyter.¶ Tertia gloſ.
6 querit †q̃ dicant̃ iudicia peregrina.dicit glo.extranea ⁊ reproba
ta:ſꝫ aliter ſumatur.iij.q.v.peregrina.ſ.non ſui iudicis. ¶ Quar
7 ta glo.querit qd ſi facta eſt purgatio corã non ſuo iudice.dicit glo.
ꝙ non ſufficit eadem rõne.Nã qui iurat aliter ꝙ̃ dꝫ: iterato debet
iurare.ff.de iureiuran.l.non erit.§.j.p hoc arguit glo.quod citatio
coram nõ ſuo iudice non interrumpit preſcriptionẽ:⁊ qḋ ſnĩa nul
8 la non liberat quem.¶ †Glo.vlti.oppo.†qḋ abſoluere non poſ
ſit ab infamia:q² ſolus deus põt remouere q̃ ſunt facti.argu. ff.de
obſequi.l.ij.glo.⁊ icit qḋ abſoluit ꝙ̃tum in ſe eſt. Vel dic quod ab
9 ſoluit ab effectu infamie.¶ Eadem glo.in ver.ſꝫ nũquid.opp.†⁊
videtur qḋ accuſari nõ poſſit ſemel accuſatus ⁊ abſolutus.ff.de ac
cuſa.l.ſi cui.So.ſi eſt accuſatus ⁊ abſolutus abſente:⁊ ignorante vo
lente accuſare poteſt accuſari:ſi ſciente ⁊ p̄ñte non: niſi in caſu:q²
doceat de preuaricatione:vt.l.iij.ff.de preuari.Predicta vera niſi
ſit ſtatutus terminus ad accuſandum.Concludit lau.qḋ purgat⁹
accuſari nõ poſſit ꝑpter autoritatem iuramenti q̃ equiualet ſnĩe:
⁊ maiorem hꝫ autoritatem:niſi conſtet de preuaricatione: vel niſi
conſtet de falſitate iuramenti.ff.de iureiuran.l.ſi duo patroni.in
fi.ſic ergo ſentit gloſ. quod purgatus iterato poſſit purgari:⁊ hoc
quando non legitime.Dic tu colligendo dicta omnium qui diuer
ſimode loquunt̃ ſi indicta eſt purgatio:ſed non legitime:ſit vel nõ
ſit lata ſnĩa adhuc poſſet accuſari:⁊ purgatio indici vt hic.ad hoc.
j.eo.cum dilectus.Si purgatio eſt legitima ⁊ non ſecuta eſt ſentẽ
tia:adhuc põt accuſari:q² dato qḋ ſe probaſſet innocentem: cui⁹
loco ſuccedit purgatio:adhuc poſſet accuſari.Si poſt purgationẽ
eſt abſolutus.dic quod ſi accuſatore abſente adhuc poteſt accuſa
ri.alleg.Hoſt.cuius eſt dictum.ff.de iureiuran.l.cum qui.Si accu
ſatore preſente:⁊ tunc aut eſt ſtatutus terminus ad accuſandum:⁊
lapſus bona fide non auditur.ff.de adul.ſi maritus.§.ſi negauerit
ff.de accu.l.ea quidem.Si eſt ſtatutus terminus malitioſe ad ſup
plantandum accuſatorem:vel non eſt ſtatutus:tũc dic quod ad fi
nẽ vt noua indicatur purgatio:⁊ ſic vt grauet̃ purgat⁹ in onere ꝓ
bandi non admittit̃.vt.ↄ̃.de accu.de his.⁊ eſt caſus. ff.de preuari.
l.iij.⁊.ff.de accu.l.ſi cui.ſed ad finem tñ vt puniatur eo volente de
lictum ꝓbare:⁊ ſe onere ꝓbandi grauante ⁊ auditur:⁊ iterato poſ
ſet accuſare.Et ſi dicat̃ ex quo lata eſt ſnĩa nõ audit̃:id verum quã
do eſt lata omnino integra ꝓbatione:ſed hic omnino non eſt inte
gra.ſ.purgatio.ff.de iureiur. l. admonẽdi.de alio tñ delicto in ſpe
cie eiuſdem generis indubitanter poſſet:predicta vera niſi docea
tur de preuaricatione.⁊c.

1 ☞ Purgatorẽ ſufficit eſſe bone fame: vel qḋ ab eccleſia ſit tole
ratus:nec de crimine condemnatus.
2 In ordinationibus querendũ eſt de fama ⁊ natione:⁊ alijs circun
ſtantijs ordinandi.
3 Iuramenti compurgationis forma põt eſſe duplex.nu.9.
4 Teſtis deponens ſecundum cõſcientiã ⁊ opinionẽ ſuã non depo
nit de veritate ſed de credulitate:ſꝫ alias iurare habeat de his que
ſcit.nume.7.
5 Compurgandoꝝ qualitas que ⁊ qualis eſſe debeat.
6 Clauſula qḋ admittatur quis abſqꝫ illius indagatiõe per hoc nõ
tollit quin inquiratur de euidenti illegitimitate perſone vel infa
mia nota.nu.8.
8 Inquiſitio pernitioſa aſtuta ſupflua ⁊ inutilis eſt reprobata.
10 Compurgatus non repellitur propter crimen.
11 Teſtis quare repellatur propter crimen ex quo de crimine eſt iam
condemnatus:⁊ quid ſi crimen eſt probatum per viã exceptionis.

1 Conſtitutus. ¶ †Sufficit qḋ purgator ſit
bone fame:⁊ ab ecclia tolerat⁹
nec de crie ↄdẽnatus.h.d.In p̄ria facti narratio ⁊ repre
hẽſio.In ſecũda ꝓuiſio.ſcḋa ibi.ſane.¶ No.j.admiran
dum quod homo peritus quid agat iuri non conſonans.¶ Scḋo

2 no.†qđ in oꝛdinationibus querendum eſt de fama ⁊ natione: ⁊ de
aliis circunſtantiis oꝛdinandi. ¶ Tertio no.ꝙ talia nõ ſunt in cõ
3 purgatione querenda. ¶ Quarto no.†duplicem foꝛmam iuramẽ
ti cõpurgantis.q꞉ ſufficit qđ iuret quod ſcđm ꝓpꝛiam ꝯſcientiam
⁊ opinionem purgãdi a crimine ſit immunis:⁊ quod credit quod
4 bene iurauit. ¶ Quinto no.arg.†ꝙ teſtis deponens quod ſcđm
conſcientiã ⁊ opinionẽ ſuam quid eſſe non deponit de veritate:ſꝫ
5 de credulitate. ¶ Sexto no.qualitatem compurgantiũ:† q꞉ ſuffi
cit ꝙ ab eccleſia tolerenť:⁊ ſic compurgare eſt officii publici: ⁊ qđ
6 ſint bone fame:⁊ quod in ſuis oꝛdinibus miniſtrent:⁊ qđ non ſint
condemnati in iudicio ꝑ crimine. ¶ Et quod infamia repellit cõ
purgatoꝛem ab alio purgando. ¶ †Not.pꝛo ſtatutis que dicunt.
admittatur abſq̃ illius indagatione:q꞉ per hoc non tollitur quin
inquiratur de euidenti illegitimitate perſone:vel infamia nota.
7 ¶ †Oppo.quod debeant iurare de his que ſciunt: non de his q̃
opinantur.iii.q.ix.teſtes.§.de his.So.contrariũ loquitur de teſte
qui deponit in ꝓpꝛia ſcientia:⁊ de eo quod veridico ſenſu percepe
rit hic in compurgatoꝛe:⁊ ſic habes duas differentias. Vna ꝙ cri-
minoſus teſtis repelliť dato quod nõ ſit infamis.de teſti.teſtimo-
nium. Item ꝙ teſtis rñdet de veritate:cõpurgatoꝛ de credulitate.
8 ¶ Glo.pꝛima lr̃alis eſt declarans tex.ſcđa idẽ in fi. ¶ †Oppo.qđ
indagatio debeat admitti.ff.ad.l.acquil.l.ita vulneratus.de iudi.
cum deputati.So.indagatio vtilis ⁊ que verum dat intellectum
eſt appꝛobanda vt ibi:pernitioſa:aſtuta:ſuperflua:⁊ inutilis re-
9 pꝛobanda:vt in pꝛimis iuribus. ¶ †Gloſſ.ſuper verbo immunis
oppo.qđ hec foꝛma non ſufficiat ꝙ deponant ꝙ a crimine ſint im
munes.j.eo.c.fi.So.dicit glo.qđ huic foꝛme addere debent qđ illa
crimina non cõmiſit ſicut credunt. ¶ Glo.ſuper verbo iuramen-
tum oppo.ꝙ non ſit bona foꝛma qđ iuret qđ ille ſit immunis a cri
mine:q꞉ ſic ſubit anceps periurium.So.dicit ꝙ debet dicere ſicut
10 credit:alr̃s deierat. ¶ Oppo.glo.†quod dato ꝙ ab eccleſia tolere
tur repellatur pꝛopter crimen.de teſti.teſtimoniũ.So.compurga
toꝛ non repellitur vt hic:teſtis ſic vt in contrario. Dicunt ergo do
cto.qđ cautus dꝫ eſſe opponens ꝙ opponat crimen ⁊ infamiam:⁊
admittetur. Secus ſi opponat crimen tm̃ ſine infamia. ad hoc de
11 accuſa.accedens. ¶ Querit glo.vlti.†quare repellantur de crimi
ne condemnati.dicit gloſſ.quia ex quo ſunt condemnati: crimen
factum eſt notoꝛium ⁊ non tolerantur.de cleri.coniug.c.vlti.⁊ ſic
tanq̃ animoſi repellendi ſunt.de teſti.teſtimonium. ¶ Querit gl.
quid ſi eſt crimen ꝓbatum per viã exceptionis ꝯ compurgatoꝛem
in alio iudicio:an de hoc crimine poſſit opponi vt repellatur a cõ
purgando.dicit gl.quod ſi ex eo ſunt infamati:ſiue eoꝛum opinio
grauata repelluntur:vt in dicta decre.teſtimonium.q꞉ debent eſſe
bone fame ⁊ opinionis:vt hic d꞉. Recitat Joan.and.ꝙ Tanc.te-
nuit contra:q꞉ talis non repellitur in cã ciuili.de oꝛ.cog.cum dile-
ctus.ff.de his qui no.infa.l.lucius.ſed tene glo.q꞉ Tanc.loquitur
in eo qui per hoc non eſt infamatus:vt nota.in.c.pꝛoximo.ſuper
glo.ſecunda.

Antonius de Butrio.

1 ☞ A beneficio ſuſpenditur infamat⁹ pꝛopter criminis magnitudinẽ etiaꝫ nõ pꝛecedente monitione.nu.13.⁊.15.⁊ augetur numerus compurgandoꝛum qui debent eſſe fideles ⁊ noti:⁊ interdũ ex cauſa poſt pꝛeſtitam purgationem ad tempus ſuſpenditur.
2 Ad purgationem q̃ñ quis compellatur.
3 Officio ſuſpenſus ab hoie nõ cenſetur ſuſpenſus a beneficio.
4 Suſpenſionis appellatione in dubio venit ſuſpenſio ab officio tantum.
5 Delicti enoꝛmitate quandoq̃ grauatur quis in modo pꝛocedendi.numero.18.
6 Ad inquiſitionẽ q̃ñ põt iudex ex offõ ꝓcedere ſola infamia ꝓcedente etiam deficiente accuſatoꝛe vbi fama eſt publica.
7 Sola fama nõ habetur criminis veritas.
8 Rigoꝛ cum equitate temperatur etiam in grauib⁹ delictis.
9 Purgare quis ſe dꝫ vbi delinquit:⁊ vbi eſt infamatus.
10 Compurgantium qualitas que ſit.
11 Beneficium retinere põt qui ab officio eſt ſuſpenſus.
12 Infamia ex voluptuoſis ⁊ malis operationib⁹ oꝛta ſuo ꝯrio videlicet virtuoſis operationibus tollitur.
14 Pꝛoceſſus an factus ſine inquiſitione infamie valeat pꝛecedente infamia.
16 Ad purgationem indicendã an ſufficiat ſola iudicis ſuſpitio:vel requiratur alioꝛum ſuſpitio.
17 Compurgandoꝝ numerus ſi haberi nõ põt: damnatur accuſatus vel infamatus tanq̃ conuictus.
18 Purgatus de crimine hereſis remanet ſuſpenſus a beneficio et officio.
19 De crimine foꝛnicationis accuſatus vel infamatus non compellitur abiurare crimen:ſecus in hereſi.
20 Mucro quid ſignificat:⁊ quotuplex eſt.
21 Ad purgationem indicendam qualis ſit modus pꝛocedendi.
22 Purgare ſe an teneatur is cui crimẽ obiicitur ꝑ viã exceptionis.
23 Infamis efficiť de crimine dãnatus etiã ꝑ viam exceptionis quãdo opponiť ad finem puniendi:ſecus ſi ad finem repellendi.
Teſtis obiectatus de crimine ad fines repellendi non efficitur infamis.
24 Purgare ſe quãto numero cõpurgandoꝝ quis debeat.
25 Quo ad purgationem quomodo quis teneatur abiurare familiaritatem.
26 Hereticus conuictus de hereſi q̃ñ nõ veniat incontinenti tradẽdus curie ſeculari.

1 Inter. ¶ †Pꝛopter magnitudinẽ crĩs ẽt a bñficio
ſuſpendiť infamatus:⁊ augeť nũerus ꝯpur-
gatoꝛum q debẽt eſſe fideles ⁊ noti:⁊ interdũ ex cã poſt
purgationẽ ꝓſtitam ad tps qs ſuſpendiť:deficiens vero
in purgatione puniť vt ꝯuictus.h.d.Sunt q̃nq̃ dicta:ſecundũ ibi
accedẽtes.tertiũ ibi.ita tñ.quartũ ibi.purgationẽ: quintũ ibi. qđ
ſi. ¶ No.j.pꝛincipem eccleſiaſticũ ſpeciaľr inuigilare debere ꝯ here
2 ticos. ¶ †Scđo no.foꝛmã ꝯpellendi quẽ ad purgationẽ: q꞉ ꝯpelli
3 tur ꝑ ſuſpenſionẽ ab offõ. ¶ †Tertio nota ꝙ ab hoie ſuſpẽſus ab
offõ non cenſeť ſuſpẽſus a bñficio:qđ eſt verũ q̃ñ hoïs ſuſpenſio fa-
cta eſt ab offõ cauſa taxatiua tm̃:vel q̃ñ venit ad implemẽtũ iuris
4 ab offõ ſuſpẽdi mandãtis. Et no.†ꝙ appellatione ſuſpenſiõis in
5 dubio compꝛehendiť ſuſpẽſio ab offõ tm̃. ¶ Quarto no.†ꝙ ꝓpꝑ cri
minis inhumanitatẽ quis q̃nq̃ grauať in mõ ꝓcedendi. ¶ Ex v.
6 nec illud. no.†qđ ad iquiſitionẽ ꝓcedere põt iudex ex offõ ſola in-
famia pꝛecedente:etiam deficiente accuſatoꝛe. Et not.ꝙ fama dꝫ
7 eſſe publica.ad hoc de accuſa.cum opoꝛteat.⁊.c.qualr̃. ¶ †No.ꝙ
crĩs v̓itas nõ habeť ꝑ ſolã famam. ¶ Ex v̓ſi.attendentes.no.tria
ex quoꝝ altero ſigno ꝓcedi põt ad indictionẽ purgatiõis.ſ.ꝓp in-
famiam graue ſcandalum vel vehementem ſuſpitionẽ. ¶ Secũdo
8 no.†ꝙ etiã in delictis grauibus rigoꝛ cũ eq̃tate tẽperať. ¶ †No.
9 tertio ꝙ vbi quis deliquit:ibi debet ſe purgare:⁊ vbi eſt infamat⁹.
10 ¶ Ex v̓ſi.ita tñ †no.pꝛimo qualitatem cõpurgantiũ:q꞉ in crimi
ne hereſis debent eſſe catholici. ¶ Secundo vita ꝓbati. ¶ Ter-
tio ꝙ ꝯpurgandi habeant vitam notã tam in pñti q̃ in pꝛeterito.
¶ Ex v̓ſi.ꝯpurgatione v̓o no.ꝙ ſuſpẽſus a bñficio donec ſe pur-
get ipſo iure non reſtituitur eo purgato:niſi ab hoie reſtituatur.
¶ Secundo no.ꝙ ꝯpurgatus q̃nq̃ non habeť pꝛo abſoluto:⁊ hoc
11 iminente ſcandalo:⁊ ſic purgatio nõ ſemꝑ ſcãdalũ tollit. ¶ †Not.
ꝙ ſuſpenſus ab offõ poteſt habere bñficium:vñ non reqriť ꝙ bene
12 ficium nõ poſſit eſſe ſine officio. ¶ Tertio no†ꝙ infamia ex volu
ptoſis ⁊ malis opationibus oꝛta ſuo tolliť contrario.ſ.ꝑ v̓tuoſas
opationes:⁊ ſic ad poſitionem vnius de contrariis ſequiť alterius
excluſio. Item ꝙ vnũ ꝯrium conuerti põt in reliquũ confuſione et
extinctione. ¶ Quarto no.ꝙ infamia alicuius vbi factum eſt gra
ue veriſimiliter ſe extẽdit ad villas circũpoſitas:vñ nõ peccaret te-
ſtis ſi diceret ꝙ infamatus eſt in villa ⁊ in vicinis locis. ¶ Quin-
to no.ꝙ ſuccumbens in purgatione punitur:ac ſi eſſet conuictus.
¶ Sexto no.ꝙ lꝫ hereticus reuerſus audiatur quo ad penã ſpũa-
lem ⁊ etiam tpalem moꝛtis:quo ad penã tñ pñialem nõ audiť qñ
13 pñiam poꝛtet de peccato. ¶ †Oppo.qđ non debeat ſtatim ſuſpẽ-
14 dere:ſed pꝛius admonere.ſ.eo.c.ii. So.vt ibi. ¶ †Circa pꝛimam
partem quero an ꝓcedente infamia valeat ꝓceſſus ſine inquiſitio
ne infamie.dic ꝙ ſic in oꝛdinario:ſecus in delegato.de quo de ac-
15 cu.qualiter.⁊.c.cum opoꝛteat.de accu.c.j.⁊.ii.lib.vj. ¶ †Secundo
quero an hic ꝓceſſus vt ſuſpendi poſſit a bñficio hic fuerit appꝛo-
batus.dic qđ ſic:ex quo fuit in iudicium deductum ⁊ non repꝛoba
tũ:imo appꝛobatũ.ad hoc de pꝛeben.cum iam dudum.ſm Inn.et
Abba.ꝑ hoc pꝫ appꝛobata opinio hug.ii.q.v.pꝛeſ byter.vbi dicit
ꝙ ſtatim ꝓpter infamiã poteſt quis ſuſpendi a bñficio. Joã.dicit
ꝙ nõ:niſi magna ſit infamia:⁊ allegabat hoc.c.fallit in crĩe dilapi
dationis vbi ſtatim ſuſpendiť.de quo de ſimo.licet heli.§.q꞉ vero.
16 ſ.de offi.dele.venerabili. ¶ †Circa v̓.attendentes.quero an ſuffi
cit ſola ſuſpitio iudicis ad pꝛocedendũ ad purgationẽ indicendã:
an requirať ſuſpitio alioꝝ. Ho.dicit hic ꝙ ſufficit ſuſpitio iudicis
ꝯrium tꝫ:⁊ illud tene de offi.oꝛdi.ex pte.vbi dicit quod requiritur
ſuſpitio eius ⁊ alioꝝ. Non tñ ſufficit ſuſpitio ad inquiſitionem foꝛ
mandã.de accu.qualr̃.el.ii.no.Jo.an.ſuper verbo piculo. ¶ Que-
ro ſecundo in quo ſeruet rigoꝛẽ:in quo eq̃tatẽ.dic in numero com
purgandoꝝ ſeruat rigoꝛẽ ⁊ molliť:q꞉ ꝓtextu cuiuſq̃ cauſe poterat
iniungere vnam⁹ manum.argu.ſ.eo.ex tuarum.⁊.c. quotiens.⁊ ſic
17 fuiſſent.xxj. ¶ †Quero tertio quid ſi non poſſent tot compurga
toꝛes inueniri.dic quod ſi hoc eſt pꝛopter malas ſuſpitiones que
habentur de purgando dãnatur tanq̃ deficiens: ſi hoc eſt pꝛopter
paupertatem: ⁊ ſic amici pauperes.xj.q.iii.pauper.vel pꝛopter
inimicitiam quam habet in loco:arbitrio iudicis eſt ſubueniẽdũ
in numero diminuendo vel admittendo alios non ita notos: dũ-
modo concurrant quatuoꝛ.de quibus.ſ.c.pꝛoxi. ⁊ conſiderabit fa
mam qualitatem perſone ⁊ criminis ſcandalum.j.eo.cum in iuuẽ
18 tute.cum ſimi. ¶ †Circa v̓.purgatione vero. oppo.ꝙ purgatus
non rema-

non remaneat ſuſpenſus.ſ.eo.ex tuarum. cum ſimi.Sol.ſpeciale
in crimine hereſis:ſecundum Inno. Idem in alijs grauibus cri-
minibus.ff.de legi.l.non pñt.Contrarium eſt regulare.ſ.e.ex tua
rum.propter quod apparẽt plura ſpẽalia.primum qđ eſt dictum.
Alia duo in tex.q: ſuſpendit a beneficio.tertium q: cõtra eum ad
primũ ſonitum fame ꝓcedit contra ipſm ad inquiſitionem de veri
tate dicenda:vbi als dꝫ eſſe frequentata.de accu.qualiter.quartũ
de numero cõpurgandoꝝ.quintum ꝙ duo epi ad purgationẽ ad-
iunguntur.ſextum ꝙ habeant compurgatores vitam purgandi
notam pteritã:cum als ſufficiat ꝙ habeant notã vitam preſentẽ.
ſ.eo.cum.P.Vel ſecundo ſolue contrarium quod vbi p purgatio
19 nem ceſſat ſcandalum non remanet ſuſpenſus:alias ſic.¶ †Secũ
do oppo.qđ non compellatur abiurare hereſim.de vi.ꝛ hone.cleri.
clericos.So.aliud in hereſi in qua quis ita de facili nõ celabitur:
aliud in crimine fornicatiõis in quo qs de facili celabiẗ. ¶ Circa
ſi.oppo.quod non ſit degradatus: licet deficiat in purgatione.de
accu.inquiſitionis.Dicit Hoſ.ꝙ cõtrarium loquitur qñ primor-
dialiter ꝓceditur via inquiſitionis:hic loquiẗ qñ primordialiter
ꝓceditur via accuſationis:ꝛ q: accuſatio deficit ſurrogaẗ purgatio
loco accuſationis:quo caſu in quantitate pene nõ diſpenſatur:q:
ſapit naturam eius in cuius locum ſurrogaẗ:quod no.q: multum
limitat.c.inquiſitionis.vel hoc delictum impedit executionẽ poſt
20 peractã pniam:vt no.de accu.inquiſitionis:ſm hoſt.¶ †Quero
de quo mucrone loquatur tex.dic ꝙ excõicationis ſm quoſdam:
quod non placet hoſti.q: ex quo penitet nõ videẗ quod excõicari
debeat.de ſen.excõ.c.j.li.vj.niſi dicaẗ ad tempus in penam id fieri:
ſicut interdum fit:qđ non placet hoſt.vñ dicit qđ quidam eſt mu-
cro temporalis eccleſie.de quo de ſen.excom.dilecto.quidam ſpi-
ritualis:ꝛ hoc dupliciter:q: eradicãs ſeu mortalis poſt quẽ facili-
ter nõ diſpẽſaẗ vt degradatio.de cle.non reſi.ex tue. ꝛ de hoc hic:ꝛ
eſt ſpecialiſſimus:vt de elec.tranſmiſſam.quidam diſciplinãs ſeu
medicinalis vt excõicatio.de ſen.exc.c.j.li.vj.ꝛ dr mucro: q: a Deo
hoiem ſeparatum declarat ꝛ emanat ad correctioneꝫ.ij.q. j.multi.
ꝛ dicto.c.j.¶ Gl.j.ſuper vbo ꝯſtitutio.in pnci.literalis eſt. ¶ In
21 v.vñ no.†querit de mõ ꝓcedendi ad indicendã purgationem.di-
cit glo.qđ iudex primo dꝫ ſtatuere terminum accuſare volentibꝰ:
ꝛ ſi aliquis ꝯparuerit audiatur.ij.q.v.oibus.xv.q.v.c.j.ꝛ ſi conuin
citur canonice puniẗ vt ibi:ſi non appareat accuſator moneat ipꝫ
ſcdm qđ dr.ſ.e.c.ij.qđ eſt verum in delictis ſucceſſiuis ꝛ emendabi
libꝰ:vt ibi dr:als ſuperflua eſſet admonitio:ꝛ ſi nõ ſe corrigat ſuſpẽ
datur.xij.q.iij.forte.cum ſi.Põt etiam ſi iudex crederet delictum
poſſe ꝓbari procedere ex inquiſitione ex officio.de accu.qualr.ẽt
ſi ille vellet ſe purgare:vt no.ij.q.v.hꝫ proprium. ¶ In.j.glo.pre-
dicta vera:niſi magnum ſcandalum ſurgat:ꝛ delictum ſit enorme:
ꝛ tunc poteſt incipere a ſuſpẽſione:vt hic.ij.q.v.ſuper cauſis.Pre-
dicta intellige vbi incipit ab infamia:ſi a crimine:ordo habeẗ.ſ.đ
22 iudi.cum non ab hoie. ¶ Glo.ij.ſup vbo roborataꝫ.†q̃rit an cui
crimen obijciẗ per modum exceptionis debeat ſe purgare gloſ.di-
cit qđ ſic:ſi inde eſt infamatus ſaltem infamia facti. Nec ob.de or-
di.cogni.cum dilectus.vbi crimen exceptũ non infamat:q: illđ ve-
rum infamia iuris.Infamat tñ infamia facti.ff.de doli exceptio.l.
23 apud celſum.§.aduerſus.¶ †No.hoc dictum ex quo videẗ innui
qđ damnatꝰ de crie etiã per viã exceptionis vbi opponiẗ ꝯ partem
efficiaẗ infamis:hoc credo verum qñ opponiẗ ad finem puniendi:
ſecus ſi opponiẗ ad finem repellendi:iuxta no.in.c.ſuper his.de ac
cu.ꝛ.c.cum dilectus.de ordi.cog.ꝛ in.l.lucius.ff.de his qui not.in-
fa.Faciunt no.per Bart.in.l.ſi cui.§.j.ff.de accuſa.Item vr innui
qđ ꝙꝙ ex tali condemnatione teſtes efficiantur infames de facto:
ꝛ ſic eoꝝ opinio ſit valde grauata qđ non repellantur:cuius cõtra-
rium aperte determinauit glo.ſi.ſ.c.proxi.que vr vera per illũ tex.
ibi.ꝛ fuit bone fame.ꝛ facit tex.in.c.ſeq.Hoc dicit verum Innoc.
qñ crimen excipitur contra accuſatorem:ꝛ ſic teſtes ꝓducuntur di
recte in crimine excepto contra eum:ꝛ ei datur copia defenſionis
contra teſtes:ſecus ſi excipitur indirecte:vt qñ excipitur cõtra te-
ſtem vt a teſtimonio repellatur:q: tunc non datur copia defenſio-
nis ei contra quem excipitur:q: directe contra eum excipiẗ vt ab
aliqua ſui intentione repellatur:ſm Inno.de quo de fideiuſ. pue-
24 nit.ꝛ de accu.ſuper his.¶ †Oppo.glo.iij.quod purgare ſe nõ de-
beat tanto numero:ſed ſufficiat minor numerus:vt not.ij. q. v.pſ-
by.¶ Glo.concludit qđ numerus eſt arbitrarius:ſed propter in-
humanitatem criminis:ꝛ propter tria hic expreſſa ſm hoſtiẽ.qñꝗ
augetur:ꝛ propter leuitatem qñꝗ minuiẗ.j.eo.cum in vniuerſita
25 te.glo.alleg.verſus qui hodie non ſeruantur.¶ †Querit glo.pe.
quando abiurat familiaritatem.dicit glo.quod infamatus debet
ſe purgare iuxta conſiderationem epi.de here.c.excõmunicamus.
§.qui autem.ꝛ merito ipſe dꝫ abiurare familiaritatem ex qua fuit
infamatus.alleg.quedam ſimilia in quibus quis debet iurare ſe ſi
26 milia nõ facturũ:vide per te q: eſt clara.¶ Glo.vlti.oppo.†quod
conuictus de hereſi tradi debeat curie ſeculari.de here.ad abolen-
dam.Glo.ſol.dupliciter.Primo quod hic loquitur in preſumpti-
ue conuicto de hereſi qui conuictus ex preſumptiua probatione:
quia deficit in purgatione:ꝛ q: tantum habitabat cum hereticis
non traditur curie ſeculari:ſed ab officio ꝛ beneficio deponiẗ.Con
trariũ loquiẗ in vere conuicto qui tradiẗ curie ſeculari.Secũda ſol.
ꝙ hic loquitur in heretico penitente:contrarium in heretico non
penitente.Primo caſu propter penitentiã debet tradi carceri:et
monaſterium hic ſuccedit loco carceris.dicit Hoſt.quod nõ placet
dſia an fictis vel veris ꝓbationibꝰ cõuincatur:q: ſemp dꝫ cõdẽna-
tio ſecuta ſuum ſortiri effectum:niſi redeat ꝛ abiuret:quo caſu nõ
traditur niſi relabatur.Ideo tꝫ ſecundam ſolu.vel ſaluando gloſ.
dicit ponderandum modum infamationis ſi eſt infamatꝰ:q: fami
liaritatem hꝫ cum hereticis ſuis:q: diſſidet a cõmuni vita ꝛ mori-
bus:ꝛ in purgatione deficiẽs canonice puniẗ ſicut in alijs delictis
de hereti.excõmunicamus.§.adijcimus.vñ hic deponiẗ ab offõ et
beneficio:ꝛ detruditur ad monaſterium que eſt pena redeuntis.
Si de his non ſit infamatus:ſed ſola pſumptiõe notatur:vt q: ob
aliam cãm ꝓbabilem:etiã ſi ad arbitriũ epi ſe non purgauerit non
cõdemnatur ſtatim vt cõuictus:ſed ſolũ excõicatur:in qua ſi p an-
num perſeuerat:etiam ſi in veritate nõ ſit hereticus dãnaẗ vt here
ticus.de hereti.excõicamus.§.j.Multum tñ facit contra.eo.ti.ad
audientiã.§.q vero.vbi pꝫ ex qualibet pſumptiõe:vt in dicta pur-
gatione:ſi non ſe purget punitur:etiaꝫ ſi tradaẗ curie ſeculari.Sꝫ
dicit hoſt.ꝙ illud temperaẗ in.§.excõicatiõis.als excõicamus qñ
in excõicatione poſt purgationem ſtetit per annum. Vel dic ꝙ ad
penam ſingularem ꝛ delicti naturalẽ nõ ꝓcediẗ ex proceſſu inqſi-
tionis vel indictionis purgationis:ſed ad penam eccleſie acciden
talem:ſicut q̃ eſt priuationis officij ꝛ beneficij:ꝛ qđ monaſterio mã
cipeẗ:vt videbitis.j.eo.cum dilectus.Inducit hoſtien. hunc text.
ibi.dum dicit bonũ zelum contra iſtos religioſos qui tanꝗ bonũ
zelum habẽtes corrigunt peccata nullo ſeruato ordine: adeo qđ
nolũt inquirere de peccatis quãtuncunꝗ occultis ꝛ punire: con-
tra no.in.c.j.ſ.e.ꝛ.c.qualr.de accu.ꝓpter qđ infert ꝙ periculoſum
eſt ignorantes ꝓmouere in epos.arg.c.j.cum cõcor.de conſang. et
affi.ꝛ per hoc dicit ꝙ in omnibꝰ ſequendũ eſt rationis iudiciuꝫ:vt
c.graue.de preben.ꝛ iudicandum eſt ſm allegata ꝛ ꝓbata.ꝛ nõ ſm
ꝯſcientiã.de offi.ordi.ſi ſacerdos.nec iudicandũ eſt ſm capitaneaꝫ
voluntatem:vt.c.j.ꝛ.c.ne innitaris.ſ. de conſti.ſed potius ſecun-
dum iura ꝛ maxime canonica:ſm que iudicando non eſt timen-
dum de peccato.vt.xxiij.q.iiij.qui peccat.xiiij.q.iiij. quiſquis.ꝛ.c.
quod precipitur.¶ Querit quare fuit proteſtatio facta per papã.
glo.dicit quia ſi deficeret eps in purgatione non moleſte ferret pe
ne impoſitioneꝫ: ſed ſibi potius imputaret.Vel hanc proteſtatio
nem fecit vt ſuo pudori conſuleret:ne videreẗ ius ignorare.de tem
po.ordi.vel non eſt compos:ſecundum Hoſtien.

1 ☞ Vicinus preſumitur ſcire conditionem perſone vicine.
2 Honeſta perſona que dicatur.

**Cum dilectus.** Breue eſt:ideo nõ ſummaẗ
nec diuiditur. Erant forte
iſti iudices dati ad purgationem recipiendam: infama
ti compurgationem.i.purgationem: infamatus enim
1 ſe purgat:teſtes vero compurgant.¶ †No.quod vicinus preſumi
2 tur ſcire conditionem perſone vicine.¶ †Quero quando dicatur
pſona honeſta.dic ꝙ eo ꝙ ab eccleſia toleraẗ.ſ.e.cõſtitutus.ꝛc.

1 ☞ Purgatio non eſt ſemper propter infamiam indicenda.nu-
mero.7.
2 Monitio charitatiua pcedere dꝫ anteꝗ ad purgationẽ ꝓcedatur
vbi delictum eſt emendabile.
3 Purgatio nõ eſt indicenda ꝓpter infamiam ab emulis ortam.nu
mero.7.
4 Maledictum facile ſequitur multitudo.
Voces populi vane audiende non ſunt.
5 Per procuratorem peti põt purgatio.nu.9.
6 Purgare ſe per quos compurgatores habeat eps.nu.8.ꝛ.10.

1 **Cum in iuuentute.** ¶ †Non ſemp pro
pter iſamiã eſt pur
gatio indicenda.h.d.Diuidiẗ in tres ptes.Primo nar
rat factum ꝛ procuratoris petitionẽ ex facto ſecutã: ſe-
cunda ibi.nos aũt.petitioneꝫ improbat.tertia ibi.ceterũ.petitio
nẽ admittit cũ quadam ꝓteſtatione.¶ Not.j.illa vba q: vero pr.
2 quod no.p exordio correctionis ſubiecti.¶ †Secundo no.ꝙ vbi
delictum eſt emendabile anteꝗ ad purgationem ꝓcedaẗ pcedere
debet charitatiua monitio.cõcor.ſ.eo.c.ij.¶ No.tertio quod ceſ-
ſante cauſa ex qua ſurgit preſumptio:vniuerſalr ceſſat pſumptio.
3 ¶ †Quarto no.ꝙ ꝓpter infamiam ab emulis ortam nõ eſt indicẽ
4 da purgatio.¶ Quinto no.†ꝙ maledictũ faciliter ſequiẗ multi-
tudo:vñ dicit lex ꝙ vane voces populi audiẽde nõ ſunt.C.de peñ.
5 l.decurionum.¶ †No.qđ per procuratorem peti poteſt purgatio
ꝛ quod qñꝗ ad petitionem purgandi petitur purgatio: incaute

tñ petitur vbi non precedit infamia:⁊ vbi veriſiꝛr deficiunt purga
tores. ¶ Not. ꝙ quandoqꝫ ꝓpter petentium importunitatem iu-
dex non concedenda ꝯcedit. ¶ Not. ꝙ ſubditi inimici cenſentur
6 dño ſuo aduerſantes. ¶ † No. ꝙ eps debet ſe purgare per compur
gatores coepos:⁊ illis deficientibus propter inimicitias inferio-
7 ris gradatim ordines admittuntur compurgatores. ¶ † Oppo.
qđ propter infamiam ab emulis ortam indicatur purgatio. j.c.ij.
So. non indicitꝛ purgatio vt hic:ſed bene de infamia mandatꝛ inq-
ri:hoc verum vbi inter ſolos eſt orta. Si vo emuli cum alijs loquã
tur bene indiceretur purgatio:niſi conſtaret famaꝫ ortam ex ille-
gitima cauſa:vt hic erat propter lřas a ſe tranſmiſſas:⁊ hoc ſcđm
Inno. Hoſtien. tamen dicit contradicens qđ propter illos creuit.
¶ Oppo. ſecundo ꝙ papa nõ debuerit nec potuerit reuocare pe-
titionem:qꝛ ſupplere non habet de facto. de poſtu. prela. bone. So
lu. non iudicialiter hoc fecit:ſed ſeorſuꝫ vel improuidam petitio-
nem poteſt repellere:ſicut ⁊ iniuſtam lacerare. de quo. C. de offi. aſ-
ſeſſo. l. j. ⁊ erat improuida:qꝛ ꝯ dñm. ¶ Quero an per purgationẽ
preſtitam non precedente inquiſitione preiudicet alijs inquirere
volentibus. Inno. ꝙ non. de collu. in tantũ. ⁊ hoc reſpectu graua-
batur nõ alleuiabatꝛ eps:ſm Hoſtien. Tu dic vt in. c. cum dilectis.
8 j. eo. ¶ † Quero quare de alio regno non capiebantur compurga
tores. dic qꝛ non erant idonei cum debeant eſſe vicini ⁊ honeſti. ꝯ.
9 c. proximo. ¶ † Glo. quarta oppo. ꝙ procurator poſtulare nõ poſ
ſit ſine mandato purgatorem cum nec iuramentum deferre poſſit
ſine mandato etiã ſpeciali. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. vlti.
Et dñs non tenetur habere ratũ factum ꝓcuratoris:vt hic innuit
So. dic ꝙ procurator habebat ſpãle mandatum vt hic dicit. Uel
dic quod hic fuerit vicinum mandato. de elec. in cauſis. ff. iudi. ſol.
l. iam tñ. Uel dic qđ generalis procurator põt hoc petere. de accu.
veniens. ſm Inno. Dicit Hoſt. ꝙ etiam ſi habuiſſet mandatum
ꝙ nulla neceſſitas compellebat papã ad purgationem indicendã
triplici ratione. Primo qꝛ improuida erat petitio. Secũdo quia
papa nulli neceſſitati ſubijcitur. de elec. ſignificaſti. Tertio qꝛ con
cedere purgationem non pendet ex partis petitione:ſed iudicis
arbitrio. de hereti. excomunicamus. §. primo. ⁊. §. adijcimus. ꝯ. eo.
ex tuarum. ⁊. c. quotiens. vnde ad petitionem epi pñtis papa illaꝫ
non compellebatur neceſſario admittere:ſecundum Ho. ¶ Gloſ.
10 vlti. † quia alie ſunt literales:querit qualiter ſe purgabit. dicit gl.
qđ ſi omnes ſunt inimici ſe purgabit cũ inferioribus ordinis. Itẽ
cum laicis ſi clerici deficerent eadem ratione:⁊ etiam cum feminis
xvij. q. ij. §. in decimis. ⁊c. Antonius de Butrio.

1 ☞ Compurgatores iurant de credulitate.
2 Iurare de credulitate quare habeant compurgatores.
3 Compurgatores an ſint voluntarij vel neceſſarij.
Teſtes in quo differant a compurgatoribus.

1 De teſtibus. ¶ † Compurgatores iurant de
credulitate:pars ſcilicet de teſti
2 bus. ¶ † Glo. j. querit de ratione:dicit quod alias ſubi-
3 ret periurium:dat ſimilia:dic vt in ea. ¶ † Quero an cõ
purgatores ſint voluntarij an neceſſarij:dic quod volũtarij. ad hoc
ꝯ. eo. cum. P. ⁊. c. conqueſtus. Secus in teſtibus. ꝯ. de teſti. ex qua-
dam. ⁊ de elec. vt circa. lib. vj. ⁊ ſic habes duas differentias inter te-
ſtes ⁊ compurgatores. ⁊c. Anto. de Butrio.

1 ☞ Purgare ſe debet infamat⁹ ſup nota defect⁹ nataliũ ſi vult
promoueri vbi ſibi improperatur quod eſt filius ſacerdotis. nu-
mero. 8.
2 Purgatio indici debet vbi infamia procedit ab emulis vna cum
alijs.
3 Permittere nõ dꝫ quis fieri ab alijs qđ facere non vult ꝓpter con
ſcientiam leſam.
4 Dictio nota quandoqꝫ ſumitur pro infamia:⁊ alias quot modis
ſumatur.
5 Inquiri põt de infamia ad dictũ emuloꝝ:vbi talis infamia cõuola
uit apud bonos ⁊ graues viros.
6 Emulus quot modis ſumatur.
7 Ad ordines ſacros inhabilitatur quis defectu natalium.
9 Iurare qualiter babeat purgandus ſup defectu nataliũ vel legiti
mitate eiuſdem.

1 Accedens. ¶ † Infamatus ſup nota defect⁹
natalium ſi vult ꝓmoueri dꝫ ſe pri⁹
exinde purgare. h. d. Cõqueſtio ⁊ puiſio. ſecunda ibi. q
2 circa. ¶ † No. j. ꝙ vbi infamia ſurgit ab emulis:vna cũ
alijs dꝫ indici purgatio. ¶ Scđo no. ꝙ non ſolum vbi agitꝛ de crĩe:
ſed etiam vbi agitur de defectu indicitꝛ purgatio. ¶ Tertio nota
3 † qđ quis facere nõ vult nec dꝫ ꝓpter ꝯſciam leſam:nec alijs ꝑmit-
re debet. de quo de offi. ordi. ſi ſacerdos. ⁊ de elec. qꝛ ꝓpter. §. illud.
in prin. Itẽ no. ꝙ quis nõ eſt ordinandus ſine licentia ꝓprij epi. ꝺ
4 quo de tempo. ordi. cum nullus. ⁊. c. ſi. lib. vj. † Item qꝛ hec dictio
nota. qñqꝫ ſumitꝛ ꝓ infamia vt hic. Quot aũt modis ſumatꝛ: dic vt
5 no. de offi. deleg. cum olim. ſuper vo. notauiſſet. ¶ † Quarto no. qđ
licet ad dictuꝫ emuloꝝ non indicatꝛ purgatio:inquiritꝛ tamẽ de in-
6 famia. † Item quot modis emulus capiatur. dic vt no. xlij. diſt. ſci-
7 mus. ¶ Quinto no. † ꝙ defectus natalium quẽ inhabilitat ad or-
dines ſacros. a contrario videtur quod non ad minores: quod ho
die eſt falſum. de ſi. pſ by. c. j. lib. vj. Item ꝙ aliud eſt defectus: aliđ
8 crimen. ¶ † Glo. ij. oppo. ꝙ non poſſit purgare ꝙ non ſit filius ſa
cerdotis:qꝛ hec eſt negatiua improbabilis dicit qđ indirecte ꝓba-
bit quod fuerit filius talis laici ⁊ vxoris quam pro vxore legitima
tenebat ⁊ publicum erat:⁊ ſic probabit ſe non eſſe filium ſacerdo-
tis. Itẽ eo ꝙ ꝓbat ſe filium vxoris tue quam tu tenes ꝓ vxore:ꝓba
bit ſe legitimum eſſe. C. de in ius vo. l. ꝙ mꝛ. ſm Io. an. quod nega
tiua eſt probabilis per aſſertionem cõfeſſionem vel iuꝛm:lꝫ non ꝑ
teſtes:vt in contrario qđ eſt in caſu noſtro:in quo regulariter cum
tractetꝛ de purgatione in ipſa directa ⁊ regulariter veniunt ipſe ne
9 gatiue. ad hoc de offic. ordi. ex parte. ¶ † Deinde colligit gloſ. qđ
ſuper legitimitate indicitur purgatio ⁊ ſuper defectu. alleg. gloſſ.
quia iurare poteſt ſup conditione. ff. de iureiuran. l. iij. §. j. Non ob.
quod purgandus debeat iurare de veritate. ꝯ. eo. quotiens. ⁊ cum
de hoc non ſit certificatus ſubiret anceps periurium. ff. re. amo. l.
marcellus:quia hoc caſu iurabit de credulitate:qꝛ eadem eſt ratio
purgando que in purgatione. ergo idem ius:⁊ tunc iuret de credu
litate:vnde quia ſuper facto alieno purgatur iurat de credulita-
te:vbi ſuper proprio de veritate:qꝛ factum alienum ⁊c. de reſcrip.
ab excõmunicato. Alij dicunt quod nõ ſufficit iuramentũ de cre-
dulitate:qꝛ per hoc non excluditꝛ defect⁹:põt enim eſſe quod ſic cre
dat ⁊ contrarium ſit verum. vñ dicit quod ꝯpurgand⁹ iuret de cre
dulitate:compurgatores de veritate:qđ non placet:dicit primuꝫ
tenendum. Et ideo non placet ſibi forma data per glo. qꝛ tali ꝓba
tione facta per teſtes non eſſet locus purgationi. Et dicit Io. an.
hoc eſſe ſpeciale attenta forma ⁊ qualitate facti qđ recedatur a for
ma conſueta q̃ ſcđm ꝯſciam ſanã preſtari non põt:ſolũ ergo poſſet
⁊c. vt. ꝯ. de reſcri. ſciſcitatus. ⁊c. Credo quod iurabit de veritate ꝓ-
ut poteſt:quia dicit quod iurat ꝙ fuit tentus habit⁹ ⁊ reputatus
a tali tanq̃ filius eius legitimus:⁊ quod fuit habitus ⁊ reputat⁹ fi
lius talis:⁊ quia illa fuit habita ⁊ tenta ꝓ vxore talis: qꝛ ſubiret
periurium. Si tamen diu eſt habitus ꝓ legitimo ꝓpter ſequentẽ
infamiam non indicitur purgatio. q ſi. ſint legit. c. peruenit. ⁊c.

1 ☞ Purgatio non eſt indicenda ſuper notorio crimine.
2 Delicta diuerſa poſſunt ex eodẽ facto ſurgere ⁊ oriri ꝓ diuerſas
qualitates in perſonam propter quam delinquitur ſimul cõcurrẽ
tes. nume. 10.
3 Proceſſus fact⁹ lite nõ ꝯteſtata nõ vꝫ ẽt qñ cõmittitꝛ purgatio:vt
proceditur ad inquiſitionem cũ inſtigatione. nu. 13. ⁊. 17.
4 Relationi iudicum ad curiam tranſmiſſe creditur etiã ſi de eius
iuriſditione non conſtat ad eius ꝑiudicium:ſecus ſi ſit iudex vni-
cus referens. nu. 14.
5 Sententia habẽs in ſe repugnantiam eſt ipſo iure nulla. nu. 19.
6 Notorium qñ dicatur crimen. nu. ſeq.
7 Snĩa lata ex falſa cã cũ dictiõe maxime nõ iuuat:ſi nõ appareat in
ſnĩa alia cauſa legitima. nu. 10. ⁊. 11.
8 Ad purgationis indictionem vt legitime procedatur qualis eſſe
debet infamia.
9 Iuriſditio ordinarij ſupenditur delegatione:vt proceſſus ꝑ ordi-
narium factus ſuper cauſa delegata alteri lite pendente corã dicto
delegato non valeat.
10 Purgatus illegitime defectu iuriſditionis qñ tenetur ſe itera-
to purgare etiã ſi facta ſit purgatio coram ordinario ⁊ recepta pẽ-
dente cauſa coram delegatis. nu. ſeq. ⁊ quare nõ valeat dicta pur-
gatio. nu. 22.
Accuſari an ⁊ quando poſſit quis de crimine licet ex eo ſit iam ab-
ſolutus.
11 Exceptionis via deductum an poſſim in ſcđo iudicio deducere ꝑ
viam actionis.
12 Snĩa lata ſup actione ciuili cũ qua eſt accumulata crĩalis an ꝑiu-
dicet ipſi criminali vel econtra.
Actio ciuilis vel crĩalis vbi põt intẽtari aduerſus aliquẽ: an ſi in-
tentata altera ſuccubuerit actor in ea poſſit alia intentari.
15 Teſtis deponẽs ſuper notorio delicto qualꝛ deponere debeat: et
an ſufficiat ſi deponat de viſu.
16 Suſpendi põt qs bñficio ſuo ꝓ inceſtũ niſi crimen inceſt⁹ eqpare
tur ſimonie vel hereſi quo tunc venit deponendus.
17 Snĩa qño ꝓpter defectum litis nõ ꝯteſtate irritari nõ põt: vel pro
pter ordinem non ſubſtantialem obmiſſum.
18 Ordo iudicij ſubſtantialis obmiſſus vitiat proceſſum:non aũt ſi
non ſit de ſubſtantia. nu. 7.
20 Probationes ſi iudex ex ſuperabundanti recipiat:an preiudicet
proceſſui.

Cum dilectis.

1 Cum dilectis. ¶ Super notorio crimie nõ eſt indicanda purgatio: ⁊ pẽ-
dente cauſa criminum coram delegatis pape purgatio
ſuper illis ab ordinario recepta non tenet.h.d. Et ſunt
quatuoꝛ partes. In pꝛima datio auditionis ad cauſam. ſecunda
ibi. idē actoris petitio: tertia ibi. dictus Vo rei rñſio: quarta ibi
his igitur.cauſe diffinitio. Caſus. Dum quidam hu. preſby. eſſet
infamatus de crimine inceſtus ⁊ adulterij: eo qꝛ quandam vxoꝛē
ſui conſanguinei publice detinebat a ſuo oꝛdinario conſtantino
epiſcopo fuit indicta purgatio: in qua quia defecit ſuis fuit eccle-
ſijs ſpoliatus ⁊ pꝛiuatus. Tandem ipſo tenente per vim dictas ec
cleſias cauſa fuit ad petitionem quorundam clericoꝛum cõmiſſa
quibuſdam iudicibus delegatis: quibus fuit mandatum quod ſi
coꝛam ipſis dictus preſbyter ſe purgare non poſſet ipſum debita
pena caſtigarent ipſi iudices: comperto quod qꝛ defecerat in pur-
gatione erat condemnatus: ⁊ maxime qꝛ eis cõſtabat ipſum noto-
rie apud ſe deliquiſſe pꝛiuauerũt pꝛedictis eccleſijs abbati ſancti
galli data licentia cõferendi dictas eccleſias ad quem collatio ſpe-
ctabat: qui abbas pꝛedictas eccleſias contulit cuidam odoardo.
Tandem dictus odoardus coꝛam ſede apoſtolica per pꝛocurato-
rem petebat poſſeſſionem dictarum eccleſiarum allegans dictas
pꝛiuationis ſñias: aduerſa pars reſpondebat quod pꝛedicte ſñie
erant nulle tanꝙ late iuris oꝛdine non ſeruato. Et opponebat qᷘ
iudicio pendente coꝛam iudicibus vltimis electus cõſtantieñ. ſuꝰ
oꝛdinarius ipſi indiceret purgationem ſuper dicto crimine ⁊ ab
ipſo: quia in purgatione obtinuerat extiterat abſolutus: papa cõ
ceſſit auditoꝛem vt referret: q retulit pꝛoceſſum ⁊ acta: examinato
pꝛoceſſu ſententiam iudicum annullauit: quia tenebat contrarie-
tatē: cum ibi debuiſſet ſententia ferri ſuper delicta tanꝙ noto-
rio purgatio fuit indicta tanꝙ ſuper dubio. Ideo ꝯmiſit cauſam
iudici in ſuperſcriptione contento: cui mandat quod ſi accuſatoꝛ
appareat ⁊ crimen pꝛobetur puniat eum pena debita: alias ſi non
appareat indicat purgationem. non obſtante purgatiõe facta co
ram electo que fuit facta ab oꝛdinario lite pen. coꝛam delegato vt
pote iuriſditione pꝛiuato: hic eſt caſus. lego literā. ¶ No. pꝛimo
quod id dicitur publicum de ꝙ quis eſt infamatꝰ. ¶ No. ſecundo
effectum defectus in purgatione: quia habetur pꝛo condemnato.
2 ¶ † No. tertio quod ex eodem facto quandoqꝫ ſurgunt diuerſa cri
mina pꝛopter diuerſas qualitates in perſonā ꝑpter quam delin
quitur ꝯcurrentes: qꝛ cõmittitur crimen adulterij: qꝛ vxoꝛata ince
ſtus: quia conſanguinea. concoꝛ. ff. de adulte. ſi adulteriū cum in-
ceſtu. ¶ No. quarto quod ad petitionem vniuerſitatis cõmittitur
inquiſitio criminis ſm Innoc. ſed ſm Ioan. and. colligitur ſi non
habes quorundã in tex. ¶ No. quinto qᷘ ad iudicem qui pronun
ciat ſuper pꝛiuatione beneficij ſpectat dare licentiam oꝛdinario vt
3 libere beneficiũ alteri conferat. ¶ Ex Vo. dictus Vo no. pꝛimo † qᷘ
non valet pꝛoceſſus factus lite non conte. etiã quando cõmittitur
purgatio: vel pꝛoceditur ad inqſitionem cũ inſtigatione. de teſti.
4 tñ literis. de re iudi. cum. I. ⁊ A. ¶ Secũdo no. † ꝙ relationi iudi
cum ad curiã tranſmiſſe creditꝛ: etiã ſi de eius iuriſditione non con
ſtet ad ꝑiudicium pꝛoceſſus. ¶ No. ꝙ ſi non valet pꝛincipale: nec
qᷘ ex eo eſt ſecutũ. Scdo no. ꝙ pꝛoceſſus habitus iuris oꝛdie ſub-
ſtantiali pꝛetermiſſo eſt nullus: ⁊ quod dꝛ retractari qᷘ eſt nullum.
5 ¶ † No. ꝙ vbi pꝛoceſſus continet repugnãtiam: pꝛoceſſus eſt nul-
6 lus ipſo iure. ¶ † No. qñ crimen dicatur notoꝛiū: qꝛ qñ de eo vni-
uerſe vicinie ppl'us eſt teſtis. Et ſic habes pꝛacticam qualiter in cã
teſtis poſſit concludere crimen notoꝛiũ: qꝛ debet dicere qᷘ crimen
eſt ita notum qᷘ inficiationi non eſt locus: ſed ſi interrogetur qño
ſcit: qꝛ omnes de vicinia hoc ſciunt ⁊ teſtes eſſe pñt: ſic ergo vt con
cludatur quid notoꝛiũ ſufficit notoꝛia ſcia ppl'i vicinalis: non aũt
requirit ſcia totius ciuitatis: qᷘ no. ⁊ tene menti. Si vis videre pul
chꝛam glo. Inno. de modo deponendi ſuper notoꝛio: vide Innoc.
in. c. ſi. de offi. dele. lib. vj. Et Io. an. in nouella que omnia dixi in. c.
veſtra. de coha. cle. ⁊ mulie. vbi examino hunc tex. ¶ Not. quod ꝓ-
ceſſus habitus vt ſubſidiarius deficiente ꝓbatione ſi conſtat ex ꝓ-
ceſſu de pꝛobatione eſt nullus. ¶ No. quod ꝓceſſus habitus a iu-
dice tanꝙ certo qui haberi debet a iudice tanꝙ dubio non v̄ʒ tãꝙ
7 contrario. ¶ † No. ꝙ ſententia lata ex falſa cã cum dictione. maxi-
me. nõ iuuat ſñia ſi nõ appareat alia legitiã cã in ſñia: ⁊ ſic limitat
theoꝛica butri. in. l. athletas. §. qui ignominie. ff. de his qui no. in-
fa. ⁊ quod dixi in. c. ꝑ tuas. qui fi. ſint legi. ⁊ de re iudic. ſicut. ¶ No.
quod ſententia ſuper pꝛobatione certa que ꝓpoꝛtionatur pꝛoba-
tioni dubie eſt nulla. ¶ No. ꝙ ſententia purgatiõis tanꝙ ſuppo-
nens dubium factum in iudicio deducto ꝯꝛiatur pꝛoceſſui. de quo
in veritate conſtat: ⁊ notoꝛie de veritate cauſe in iudiciũ deducte.
¶ Not. qᷘ apparente accuſatoꝛe non pꝛoceditur ad purgationis
indictionẽ: ⁊ apparente vera ꝓbatione non ꝓcedit ad purgatio-
8 nis inditionem. ¶ † No. qualis debet eſſe infamia vt pꝛocedatur
ad purgationis indictionē: qꝛ debet eſſe apud bonos ⁊ graues.
¶ No. quod ſemel illegitime purgatus iterato purgatur quando
pꝛima purgatio eſt nulla ex defectu iuriſditionis. Idē ſi ſit nulla
9 ex defectu pꝛobationis. ¶ † Nota quod oꝛdinarius non intromit
tit ſe de cauſa delegata tanquam ſuſpenſa ſit eius iuſditio. ¶ Ul-
timo no. ꝙ lite pen. coꝛam delegato pꝛoceſſus habitus coꝛam oꝛ-
dinario eſt nullus tanꝙ coꝛam iuriſditione pꝛiuato. ¶ Oppo. ꝙ
tex. contradicat: dicit in vna parte quod purgatio fuit indicta per
epiſcopum conſtantieñ. In alia dicit quod per electum. Solu.
dic qᷘ eps cõſtantieñ. tempoꝛe allegationis erat eps tempoꝛe in-
ditionis electus: ⁊ ſic diuerſo reſpectu. Nam habito reſpectu ad di
uerſa tempoꝛa aliter ⁊ aliter nuncupatur vel alludit vulgari theu-
tonicoꝝ qui epos electos vocant: hoc verum ſecundũ intellectum
ꝙ hic fuerit tantum ab epo vna purgatio idicta: ſed hic nõ põt eẽ
qꝛ purgatio fuit ꝯ pꝛeſbyterũ in pꝛin. ⁊ poſtea illũ electi pꝛ̄ſbyter al
legat pꝛo ſe: ideo dic qᷘ due fuerunt. vna per epiſcopum. alia ꝑ ele
ctum moꝛtuo epiſcopo. Item de neceſſitate fuerũt due: qꝛ iudices
in pꝛoceſſu fecerunt mentionem de purgatione conſtantieñ. ergo
neceſſario pꝛeceſſit: ⁊ tamen ſecũda fuit caſſata: qꝛ pendente pꝛo-
10 ceſſu facta. ¶ Secundo oppo. † ꝙ ſemel purgatus iterato non de
beat compelli ad ſe purgandum. ꝯ. de collu. c. ſi. ⁊ fuit no. ꝯ. eod. ex
tuaꝝ. dic põt intelligi qᷘ ſcdo de alio crimine inceſtꝰ indicit purga
tio: hec diuinat. Uel in pꝛima fuit actū de inceſtu. In ſecunda de
adulterio ⁊ inceſtu: hec etiam diuinat. Uel tertio purgatus ⁊ abſo
lutus iterato non purgatur: purgatus ⁊ cõdemnatus iterato pur
gari poteſt: qꝛ condemnatio pꝛodeſſe non debet. alleg. de accu. de
his. ff. de exceptio. rei iudi. l. euidenter. Uel quarto ſecundum In
noc. purgatus legitime damnatus iterato non purgat: vt in con-
trario: ſed illegitime damnatus ſic: hic fuit legitime damnatus:
quia hic appoſita eſt pena pꝛiuationis ſolo pꝛecedẽte clamoꝛe in-
famie: nulla pꝛecedente inquiſitione que imponi non debebat: ſʒ
ſola ſuſpenſio. ꝯ. eo. inter. ⁊ c. cum. P. ⁊ c. ij. de re iudi. quod ad con
ſultationem. Sed in contrario fuit indita purgatio pꝛecedente i-
quiſitione: quo caſu finis eſt defectus in purgatione vt puniatur
vt conuictus: ratio eſt: quia vbi pena male eſt impoſita iudicium
repeti poteſt: vt in melius refoꝛmetur. Item Innocen. ſiꝛ iudices
male pꝛoceſſerunt: qꝛ non pꝛemiſſa aliqua inquiſitione ſuꝑ verita
te criminum ꝓceſſerunt ad ſñiam pꝛiuationis: qᷘ nõ debuerũt fa-
cere: ⁊ ſic per hoc repꝛobat ipſoꝝ ꝓceſſus: vt pʒ in verſi. his igitur.
Item qꝛ inditio purgationis ad ſolum clamoꝛē equiparat actui
extraiudiciali. Hec opi. non videtur melioꝛ ſequendo id qᷘ tʒ glo.
pꝛima: vt ibi dicā. Uñ in popularibus actionibus ſicut eſt iſta nõ
licet paciſci. ff. de pac. l. iure gentium. §. fin. nec ad arbitrium iri. ff.
de arbi. l. non diſtinguemus. §. de liberali. ſic nec iuſiurandum de-
ferri. Ita nec hec purgatio quaſi extraiudicialis ſiue defecerit: ſi-
ue non: quo minus alter inquirere poſſit: per que cõcludunt duo.
Pꝛimum quod purgatio ad ſolum clamoꝛē ſine tela inquiſitio-
nis non releuat purgatum quin iterato poſſit inquiri. Scdm qᷘ
ad purgationis defectum impoſite ad ſolum clamoꝛem nõ impo-
nitur pena ac ſi eſſet conuictus: ſed ſuſpenſionis vel beneficij: ſm
criminis qualitatem: pꝛimum finaliter repꝛobat concludẽs quod
quomodocũqꝫ purgatio indicat. ſ. ſcandalo: periculo: vel infamia
ſeu graui ſuſpitione interueniente pꝛecedente inquiſitiõe: vel nõ
ſi obtineat in purgatiõe denũciabit boni teſtimonij: ⁊ ab infamia
abſoluetur vt contra eum amplius inquiri poterit: niſi pꝛout di-
xi. ꝯ. eo. ex tuarum. alleg. c. accedens. cum inter. ⁊ c. cū. P. ⁊ dictũ.
c. ſi. de collu. ꝯ. de accuſa. de his. Si deficit non punitur de crimine
ac ſi eſſet conuictus quomodocunqꝫ indicatur. ꝯ. eo. cum. P. ⁊ c.
cum inter. in fi. ſed pꝛiuabitur beneficijs: ⁊ deponetur ꝑ maioꝛi cri
mine. ꝯ. eo. inter. Hoc eſt verum ſm eum ꝓterqꝫ in criminibus ma
ioꝛibus in quibus põt agi ad depoſitionem: vt. ꝯ. eo. inter. c. ſi. nec
ſiet contra eum de cetero de his inquiſitio: vt in. c. ſi. de collu. dete.
⁊ c. de his: de accuſa. Fatetur tamen quod de crimine directo tunc
ꝯdãnari non poterit: ac ſi eſſet pꝛoceſſum ad finem coꝛpoꝛalis pene
impendere ac ſi eſſet ꝓceſſum ꝑ viam accuſationis: qᷘ no. qꝛ mate
ria purgationis nõ hʒ locũ quo ad penã coꝛpoꝛaliter imponendã.
Item qᷘ pꝛoceſſus purgationis vt non integer diſpenſat cũ quã-
titate pene: ſicut dicimus in inquiſitione. Alij dicũt qᷘ de gratia
fuit admiſſus ad nouiter ſe purgandum. Unde iterato debebat ci
tari danda erat facultas defenſionis ⁊ facultas dicendi contra ſen
tentiam: quod quia non fuit factum irritatur pꝛoceſſus. Per pꝛe-
dicta videtur dicendum quod inquiſitus abſolutus vel cõdemna
tus iterato accuſari non poſſit. Recitat tamen Innocen. quoſdã
dicere contrarium: qꝛ ad aliud agitur in pꝛoceſſu inquiſitionis. ſ.
ad abſoluendum de infamia: vel ad pꝛiuationem beneficioꝝ. Ad
aliud per viam accuſationis. ſ. ad penam directe imponendam de
crimine: ⁊ penam coꝛpoꝛaliter infligendam. ff. de except. rei iudi. l.
cū queritur. ⁊ ꝯ. de excep. aduerſario. Alij contra per. l. licet. nau.
cap. ſta. vbi ſepius agitur de facto eiuſdem. Item quando plures
actiones competunt ad vindictam: lʒ vna pena excedat aliã: vna
conſumitur actione alterius: vt eſt videre in actione iniuriarum:
⁊. l. coꝛnelia ꝑ hoie vulnerato: qꝛ ſi actum eſt iniuriarũ non agitur

lege cornelia.l.pretor.§.j.⁊.l.qđ ſenatus.ff.de iniu. ſic hic in inquiſi-
tione ⁊ accuſatione:qꝛ vtraqꝫ eſt ad vindictã. Dic tu vt ſentit In-
no.infra:lꝫ nõ clare qđ prima opi.eſt vera:lꝫ doct.non firmẽt hoc.
Et rñdeo ad rõnes legiſtarum qđ vbi due pene imponunt diuerſis le
gibus:quarum vna eſt originalis ⁊ naturalis delicto:qꝛ ab ipſo ini-
tio deponitur:alia accidentalis:⁊ tũc vna p alterã nõ cõſumitur:
maxime naturalis p accidentalẽ:ſed ſi ambe ſunt naturales ꝓce-
dit cõtrarium: pena corporalis ꝓ inceſtu eſt originalis capitis:hodie
pena depoſitionis ab officio ⁊ beneficio nõ eſt naturalis:ſꝫ accidẽ
talis que imponitur pp quandã accidentiã:qꝛ talis vt indignus
non dꝫ gaudere dignitate vel beneficio pp crimen:qꝛ infami non
debẽt patere porte dignitatis. Hec nõ eſt pena naturalis delicti:
hac ergo impoſita ex ꝓceſſu inquiſitiõis imponat naturalis. Nõ ob.
de elec.cũ dilecti. vbi repellit per viam actionis qui ſuccubuit per
viam exceptionis:qꝛ ibi agendo ⁊ excipiendo ad idꝫ agebat. ſ.vt
ab epatu reijceretur.ad qđ vide ibi nota.in glo.pe.⁊ in glo.qđ ſen
tentia.⁊ de re iudi.cum ſuper.in fi.hic vero ad diuerſum agebatur.
Predicta vera in criminalibus. In ciuilibus vero ſemper poteſt
agi in alia ad id plus qđ debetur ex alia.ff.ꝓ ſoci.l.ſi quis.⁊.l.ſeq.
ff.de pact.l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.vi bo.rap.l.j. Per hoc infert
ꝙ ſi opponat exceptio ad elidendum reſcriptũ:⁊ feratur ſñia con-
tra opponentẽ ꝙ nõ auditur in illo vel in alio iudicio iterato op-
ponendo:qꝛ ſemel eſt calumniatus.ff.de accu.l.ſi cui. ff.de except.
rei iudi.l.cũ querit.ſm Inno. Et cõtrarium huius tꝫ Hoſt. alleg.ſ.de
teſti.veniens.ij.de excep.pia.vbi eadem exceptio põt opponi plu
ribus vicibus.⁊ ꝯ idem no.ſ.de reſcrip.ſup literis. dic ſi exceptio-
nis obiecte idem eſt modus opponendi:vel finis:⁊ idẽ eſt modus
ꝓbandi:ſemel repulſus amplius non admittitur:⁊ hoc planum et
verũ vbi eadem eſt numero ⁊ ſpecie. Secus ſi ſit diuerſa ſpecie: licꝫ
eadem numero:puta qꝛ nouiter creat:ſic intelligo.c.pia.de excep.
lib.vj.quia quotiens qs excõicatus in iudicio admittit:ius oppo
nendi de nouo creatur. Si vero exceptionis obiecte vbi iteratur:
diuerſus eſt modus opponendi:diuerſus modus ꝓbandi: diuer-
ſus finis:⁊ indiſtincte poteſt opponi:hic caſus etiam nõ hꝫ dubiũ
vnde ſi oppono exceptionem in vim dilatorie contra reſcriptum ⁊
iudex examinet. ¶ Secũdo oppono ipſam peremptorie non re-
pellor:qꝛ hic diuerſus finis:qꝛ primo ad differendũ:ſecũdo ad peri
mendum diuerſus modus opponendi:⁊ diuerſus modus ꝓbãdi:
qꝛ prima diſcutitur ſũmarie:ſecunda plene.vt.d.c.veniens.⁊ dicto
c.ſup literis. ¶ No. Inno.⁊ plenius in.c.ſi.de ordi.cogni. Idem ſi
eſſet diuerſus modus probandi tñ:vel opponẽdi tñ:vel finis tan
11 tum:vt pꝫ in.d.c.veniens. ¶ †Eandem theoricã pono pro vera:
etiam p viã actionis deducit in ſecundo iudicio deductũ per viaꝫ
exceptionis.de quo dic plene:vt per glo.⁊ Inno.in.c.cum dilect⁹.
de ordi.cog.plenius per Inno.in.c.ſi.eo.ti.pleniſſime per Bar.in
l.qui rome.§.duo fratres.ff.de vbo.obliga.⁊ in.l.j.C.de ordi.iudi.
12 ¶ †Surgit ex predictis determinatio quid in duab⁹ actionibus
quarum vna eſt ciuilis:alia crialis:an ſñia in vna ꝑiudicet alteri . di-
cit ꝙ ſiue ꝓ publico:ſiue pro priuato crimine agat: vna nõ impe-
dit aliã:quo minus agi poſſit altera:qꝛ in vna venit diuerſum ſcꝫ
vindicta. In alia intereſſe priuatum ⁊ familiare.C.qñ ci. acti. pre-
iudi.cri.ff.vi bo.rap.l.j. Alij ꝙ ſi in vna eſt ꝯdemnat⁹ ⁊ ſoluit. Alia
nõ poteſt intentari ſi eſt abſolutus:⁊ nõ põt iterari:qđ eſt falſum:
qꝛ tñ operatur cõdemnatio cũ abſolutione:quantũ abſolutio: vt
no.glo.in.l.ex morte.C.ad.l.acqui. Et eſt caſus in.l.ſi quis cum to
tum.§.plane.⁊ no.glo.in.c.fin.ſuper verbo ad minus.de pe.lib.vj.
Item qꝛ abſolutio priuata non poteſt tollere vindictam publicaꝫ.
ff.de pac.l.iuriſgen.§.ſi paciſcar. Dic ergo tu ꝙ ſi in primo iudicio
eſt lata condemnatoria idꝫ poteſt in actione priuata deduci : qꝛ
ſñia non obuiat:ſed cõſonat:vt in.l.ex morte.⁊ in.l.acqui. ⁊ dicta.
l.j. Si in primo eſt lata abſolutoria:⁊ tunc ſi eſt lata ſuper facto: qꝛ
delictum non cõmiſit ex eodem facto agi non poteſt. Si ſuper iu-
re qꝛ actor nõ probauit:⁊ iterato agi poteſt:vt no.in.l.ij.§.hoc edi
cto.ff.vi bono.rapto.⁊ ibi probatur.⁊ per glo.⁊ doct.in dicta.l.vni
ca. An aũt poſſint accumulari ciuilis ⁊ criminalis:dic ſi ab eodem
non:ſed ꝓceditur ſuper prius intentata.ff.de publi .iudi .l. inter-
dum. Si a diuerſis:tunc ſi intentatur ciuilis pendente criminali:
illa ſilet propter preiudicium.l.pretor.§.j.ff.de iniur.ſecundũ intel
lectum Iaco.de are. Si accumulatur criminalis:ſuper illa proce-
ditur vt ſuper maiori.l.ſi.C.de ordi.iudi.de quo per Bartol'. in di-
cta.l.ij.§.pretor. Per predicta ſatis infertur ad aliud dubium:an
ſi crimen eſt deductum per viam exceptionis poſſit de eo agi p viã
accuſationis:⁊ videtur quod non:maxime quando exceptio cris
deducitur contra electum:quia habet inſtar accuſationis:hinc eſt
quod ex ea ſequitur vindicta.de accuſa.ſuper his.⁊.c.accedens.§.
fina.de elec.ſuper eo.vbi de hoc. Dic concludendo dicta Innocẽ.
aliquo addito quod ſi eſt idem finis exceptiõis ⁊ accuſationis : qꝛ
idem modus procedendi ⁊ probandi obſtat exceptio ⁊ repellitur
de elect.cum dilecti. Si diuerſus eſt finis vtriuſqꝫ:tunc ſi in genere
⁊ in ſpecie eſt diuerſus:qꝛ exceptio ad repellenduꝫ accuſatio ad pe
nam:ſic in terminis.c.cum dilectus.de ordi.cog.⁊ accuſatio non re
pellitur ſi iterato accuſetur teſtis:⁊ hoc planum. Si diuerſus eſt fi
nis in ſpecie:⁊ idem in genere ſeu numero:quia vtrobiqꝫ ad penã
ſi alia pena imponitur per viam exceptionis:alia per viam accuſa
tiõis:tũc ſi ambe vie ſunt naturales et originales:directe ⁊ eiuſdẽ
fori licet vna excedat aliam:tolluntur:quia ad vindictam. l. ſena-
tus.ff.de accuſa.ſi ambe pene non ſunt naturales ⁊ originales de-
licti:ſed accidentales vel diuerſi fori:vna non tollitur per aliam.
Ita in propoſito ſi excipitur ad repellendum quem a beneficio:
poſtea accuſetur vt puniatur:non tollitur pena:quia etiam ſuper
crimine excepto nõ iudicatur:licet ille repellatur:⁊ quia exceptio
nem non ſequitur vindicta ſui natura primordiali:cum ad vindi
ctam actum non ſit. Si ex accidenti eſt quod propter infamiam re
moueatur a dignitate:qꝛ infamibus porte dignitatis ⁊c. C.de in-
fa.l.j.lib.xij.ſecundum Innocen. Idem ſi pene ſunt diuerſi fori:vt
patet ex no.de here.excõmunicamus.vt qꝛ vna penitentialis:alia
vero temporalis:vel vna impoſita a lege ciuili:alia a lege canoni-
ca. Si vero idem eſt finis:⁊ diuerſus modus probandi idem eſſe:vt
dixi.ſ.ad hoc quod not. Barto.in dicto.§.duo fratres.de quo dic
vt ibi. Per predicta infertur quod ſi opponatur crimen cum infa-
mia:⁊ poſtea accuſetur ad finem vt deijciatur quod non auditur ac
cuſans qui in primo ſuccubuit:per hoc infertur' quod ſi excipitur
ad finem vt ab obtento deijciatur:⁊ poſtea ad illum finem accuſa-
tur quod adhuc non poterit agi. Sed eſt dubiũ quid ſi primo agi-
tur via denuntiationis:ſecundo via accuſationis. Uel econuerſo
dic quod denuntiatio euangelica non tollit accuſationem:qꝛ pri
ma non eſt ad vindictam:ſecunda ſic:ſed eſt prima ad finem peni-
tentie.ij.q.j.ſi peccauerit. Si eſt denuntiatio canonica:idem quod
dixi ſupra in inquiſitione. Denunciatio autem per accuſationem
vel inquiſitionem non tollitur:vt patet de iureiur. quẽadmodum
ſecundum Innocen. Caue:iſtud dictum nõ videtur bonum de iu-
re canonico:cum pena aliqua afflictiua corporis tranſiens in ſan-
guinem:⁊ maxime mortis a iure canonico non permittatur:vt ꝓ-
batur in.c.ſñiam.ne cle.vel mo.⁊ in.c.archiepatu.de rap.ſed poteſt
ſaluari quod hec pena mortis a iure canonico transferatur in pe-
nã depoſitionis ab ordine:iuxta no.in.c.qualiter ⁊ qñ.ſ .de accu.
⁊ ſic talis dicat naturalis de iure canonico. Et ex hoc dicto poteſt
reportari ꝙ vbicunqꝫ de iure ciuili ꝓ aliquo delicto venit imponẽ
da pena mortis:tunc de iure canonico in locum illius pena depo
ſitionis intelligitur ſurrogata:quod forte procedit niſi alia pena
a iure canonico tanqꝫ ordinaria imponat. Et ideo dico illam eſſe
ꝓprie ordinariam penam originalẽ delicti:que a iure vbi directo
agitur de delicto imponitur. Illam appello accidentalem que ex
accidenti ⁊ a iure indeterminata a iudice venit imponenda : tanqꝫ
cõmiſſa ipſius arbitrio. Tamen Inno.hic appellat naturalem pe
nam quando agitur ad vindictam:accidentalẽ quando nõ agitur
ad vindictam:vtputa qꝛ ad repellẽdum quem.ſ.vt a dignitate ob
tinenda remoueatur:vt pꝫ.j. ¶ Ad tex.rediens opp. tertio quod
non debuerit hic habere plures eccleſias.de preben.de multa. So.
13 qđ vna dependebat ab alia:vel erat diſpenſatum ſecũ. ¶ †Quar-
to oppo.quod non debuerit proceſſus irritari propter defectum
lit.conte.⁊ ordinis non ſeruati:qꝛ in cauſa inquiſitionis non con-
teſtatur lis:vt lit.non cõte.quoniam.§.ſunt ⁊ alij.⁊ de accu.qualr.
Hoſt.fatetur quod ex defectu lit.conteſta.non irritatur. Alij qđ ſi
ꝓcedebatur per viam denunciationis euangelice: hoc non tollit
contrarium.ij.qđ.j.ſi peccauerit. Alij quod impetratum fuit hic
a clericis directe contra ipſum agendo vel accuſando . Non obſt.
quod ſit mandatum tñ ꝙ ſe purget:qꝛ intelligitur quod ſi probã
tes in in probatione deficiant:vt patet ex not.j.in.c. fin.de accuſa.
cum.P. Alij quod hic procedebatur per viam inquiſitionis : ſed
non ex mero officio:ſed ad partis inſtigationem cum talibus de-
bet conteſtari.de quo in.d.c.qualiter.⁊.d.c.cum.I.⁊.A. ¶ Quero
quia tex.dicit reputantes ipſum contumacem.⁊c. In quo reputa
uerunt ipſum contumacem.dic in eo qđ ſententie epi non parue-
14 rant:⁊ male:qꝛ hoc non fuerat eis commiſſum. ¶ †Opp.quod re-
lationibus iudicũ nõ credatur.de ꝓba.quoniam contra. Sol. vni
nõ credatur:ſed pluribus:ſic ⁊ hoc approbat curie romane cõſuetu
do. Uel creditur relationi ꝯtra iudices vt proceſſus irritetur:⁊ ꝯ
partem ꝓducentem:⁊ ei ſtatur niſi probetur: vbi vero non eſt ps:
nec hꝫ ſigillum notum ⁊ autenticum non creditur ei.de dolo.cum
olim. Si habet ſigillum notum ſtatur illi donec contrarium pro-
betur.de elec.cum inter. R.⁊.c.ſcriptum.de ſi.inſtru.c.ij.de teſti.cũ
a nobis. ¶ Quero in quo fuerat hic ordo obmiſſus.dic forte preſ-
byter non fuerat citatus:quia iudices reputauerant notorium:
quod non erat:vel de gratia fuit conceſſa iterato purgatio: et no
ua defenſio erat danda que data non fuit:et preſbyter fuerat vo-
candus:⁊ non fuit:vel lis erat conteſtanda que non fuit:vt dixi ſu
pra. Uel forte ſtatuerunt peremptorium nimis breue : non ꝑmiſ-
ſa alia citatione:nec cauſa expreſſa quare hoc facerent:vel lis non
15 fuit conteſtata:⁊ procedebatur ad inſtantiam partis. ¶ †Quero
qualiter

qualiter deponet teſtis ſuper notorio: an deponat de viſu. dic ſuffi
cit qđ dicat ꝙ crimen adeo erat notoriū qđ nullus inficiationis lo
cus erat: puta cuius vniuerſe vicinie populus. ꝛc. ꝛ dicit qđ nō eſt
neceſſe ꝙ deponatur de viſu. Nam notorium eſt etiā his qui bono
nie nō fuerunt qđ bononie eſt ſtudium: ꝛ ꝙ rome eſt papa: ꝛ tamē
teſtis ſuper hoc interrogatus nō dicet ſe hoc vidiſſe: ſed audiuiſſe
ꝛ talem eſſe famam cōem nemine refragāte. ad idē de dolo. cū olī3.
de quo de accuſa. euidentia. Dicit tamen notoriū3 aliquā dubita
tionem poſſe recipere. remittit de elec. bone. el. j. Vide Inn. in ꝓ-
batione notorij. in. c. j. de offic. dele. lib. vj ꝛ ibi per Io. an. in nouel
16 la. ꝛ qđ dixi in. c. veſtra. de coha. cle. ꝛ mulie. ¶ † Venio ad glo. ꝛop
po. quod male ꝓceſſerat hic eps ordinarius deponendo: q2 debe-
bat ſuſpendere. ſ. eo. cum inter. ꝛ. c. ij. ij. q. vj. preſbyter. Solu. dicit
glo. fatendo qđ male ꝓceſſit: niſi crimen inceſt⁹ equipareť crimini
ſimonie ꝛ hereſis: quo caſu poteſt deponi a beneficio. ſ. eo. cum in
ter. Papa tamen non improbat factum epi ꝯſtantieñ. q2 ad hoc
non agebatur. ¶ Glo. vltima dicit ꝙ bene fecit: q2 talis preſum-
ptio tranſit in violentam. ſ. de ſimo. cum inſinuatū. ꝛ ibi bona gl.
17 ¶ † Videte gloſſ. habet bonum intellectum: ſed ſe non declarat.
Aliud eſt ab initio penam imponere: q2 contumax eſt in ſuſcipiē
da purgatione: ꝛ hic imponitur ſuſpenſio ab offō tm̄: ꝛ etiam a be-
neficio in grauibus criminibus. ſ. eo. cum inter. Aliud eſt quē de-
ficere in purgatione: ꝛ tunc imponitur pena priuatiōis ab vtroq3
ſi crimen hoc patitur: ac eſſet conuictus: vt eſt caſus hic. Sic intel-
ligendo videtur dicendum qđ hic nō debuit retractari proceſſus
ex obmiſſione lit. conteſta. cum per ſniam latam contra iſtum tāq̄
conuictum ad priuationem beneficij delictum videatur factū fuiſ
ſe notorium. argu. c. ex parte. ꝛ. c. ſeq. extra de verbo. ſig. conuictus.
ꝛ no. in. c. veſtra. de coha. cleri. ꝛ mulie. ꝛ. c. ſi. Item ſi iuſte eps hūc
priuauit: ad quid de nouo mandatur: q2 purgatio indicatur: cum
ad beneficia non debeat reſtitui: quibus priuatus fuit per ſniam ꝛ
iuſte: a qua non fuit appellatum: ſi defecerit in purgatione: ſimili
ter non eſt neceſſaria alia priuatio: ꝛ cū3 iam ſemel fuerit priuat⁹.
Et ideo videtur dicendum quod hic de nouo per papam de gra-
tia fuit admiſſus: vbi alias de iure forte non fuerat admittendus:
ꝛ hoc quo ad hoc vltimum. Quo ad primum dic vt dictum eſt. ſ. qđ
hic proceſſus irritatur ex alia cauſa ꝙ̄ lit. conteſta. q2 non fuit cita
tus ad ſe defendendum a ſententia contra ipſum lata. Vel dic vt
j. in. ij. gloſſ. vel dic quod non erat notorium per talem ſniam: q2 ſi
fuiſſet notoriū papa nō mandaſſet purgationem indici: quam tñ
mandat indici: vt p3 in tex. ꝛ ſecundū hanc vltimā3 eſt neceſſe te-
nere ſolu. Inno. ſ. quod ſnia lata per iſtum epm non tenuit: q2 nō
iuſte lata. ¶ Glo. ij. ſuper verbo contumacem: querit an recte ꝓ-
ceſſerint iſti delegati damnando contumacem. dicit glo. quod nō
vt patet per ſequentia: q2 non ſeruauerunt debitum ordinem cum
deberent inquirere ad petitionem eorum qui impetrauerunt in-
quiſitionem vocato preſbytero vt haberet facultatem ſe defendē
di. ſ. de accuſa. qualiter ꝛ quando. nō obſtante facto conſtantieñ.
epi: q2 de illo nihil ei fuit cōmiſſum: vnde ordo iuris in inquiſitio-
ne ſeruari debet: precipue circa clericos ſeculares. Dicit Io. and.
apte nō patere ex tex. ꝙ fuerit inqſitio cōmiſſa: quāquā mlti doc.
18 hoc dicant: tamen dici poſſet forte illam incluſam. ¶ † Glo. ſuper
verbo ordine opp. ꝙ ordo proceſſus non viciet. C. de appel. l. j. So.
ſubſtantialis viciat: vt hic: non ſubſtantialis non: vt in contrario.
de hoc. ij. q. j. in ſumma. ꝛ vide. C. de ſen. l. prolatā. ꝛ dicta. l. prima.
19 ¶ † Glo. in verbo indicenda. querit in quo erat contrarietas pro
ceſſus. dicit glo. purgatio habet locum qñ factum eſt dubiū ꝛ ſen-
tentia purgationis: ſed ſi ꝓſupponit factum notorium nō preſup
ponit dubium: ſed certum: q2 notoria probatione nō indigent. ij.
q. j. de manifeſta. cum ſimi. licet indigeant citatione. xxiij. q. iij. de
illicita. Supponitur ergo ſe certum dicendo notorium: ꝛ dubium
20 ſe facit indicendo purgationem: ꝛ ſic vt ꝯtrarius repellit. ¶ † S3
oppo. glo. ꝙ recipere probationes ex abundanti non preiudicet
proceſſui: vt. ſ. de elec. bone. cū ſi. Quia nil ta3 certū quin poſſit in
dubium deduci. In auť. de tabel in medio. So. quia glo. non ſol-
uit. dic quod probationem recipere non eſt inhibitum: ſed indica
21 re ſuper certo tanq̄ ſuper dubio eſt contrarium: vt hic. ¶ † Gloſſ.
penultima colligit quod ſufficit quem infamatum apud bonos ꝛ
graues: licet habuerit ortum ab emulis. Contra quod oppo. de. c.
qualiter ꝛ quando. ſ. de accuſa. xj. q. iij. in cunctis. ij. q. v. omnibus.
So. quidam dicunt quod infamia non ſufficit: niſi habuerit ortu3
a graui perſona: non ab emulis. Alij dicunt ꝙ ex quo eſt infamat⁹
apud bonos ꝛ graues: cōpelli debet ad purgatione3 ne apud illos
incredibilis remaneat: per iura alleg. in glo. ꝛ. ij. q. v. omnibus. ad
hoc. c. qualiter ꝛ quando. dicit gloſſ. quod loquitur in alio caſu: q2
22 loquitur in inquiſitione: non in purgatione. ¶ † Gloſſ. vlti. que-
rit de ratione quare non valeat purgatio indicta per electu3. dicit
q2 priuatus eſt iuriſditione: eo qđ cauſa eſt delegata: imo dicit qđ
talis trahens illum coram iudice ordinario debebat cadere a cau-
ſa delegata alteri delegato. C. de aſſerti. tollen. l. j. §. vlt. dicit quod
vbi ſpeciale in libertate: ꝛ hoc intellige qđ pars alia contra quam
eſt impetratum hoc facere non poteſt: pars vero que impetrauit
bene poſſet hoc re integra: parte aduerſa conſentiente renuntiare
de offi. deleg. gratum: ꝛ tunc ordinarius eſt iudex: nec iudex dele-
gatus vlterius poteſt ſe intromittere: q2 per hec renūtiauerunt li
teris: vt in. c. ſollicitudinem. de appella. ꝛc.

1 ☞ Iurare non ſufficit prelato cum ſe purgat de crimine ꝙ ſit im-
munis ab illo: imo iurare debet qđ poſt ſuam promotionē illa cri-
mina non commiſit.
2 Iudex cauſe cauere debet ne per poſitionem vel proteſtationē vel
quāuis ꝓpoſitionē cauillōſam ſeu duplicem aliquid cōmittat in
periculū animarum per quod veritas ſupprimatur.
Veritas ne ſupprimatur cauillationibus debet iudex ex officio
inniti.
3 A pena fori contentioſi nō excuſat immunitas delicti fori penitē
tialis. nu. ii.
4 Penitentia etiā peracta legitime nemo pōt eſſe certus an ſit libe
ratus a pena peccati.
5 Simonia non cōmittitur venditione iuſtitie.
6 Promotum nō deijciunt delicta ante ꝓmotionē cōmiſſa ex quo
erant occulta.
7 Pro actis iuſtitie non preſumitur ſi de eis dubitetur.
8 Luxuria dicitur hodie crimen cōmune.
9 Iuramentum an ſufficiat preſtari in genere cum quis purgationē
delicti nititur: vl' an requiratur qđ ſpecialiter dicat ſe cum tali de-
liquiſſe.
10 In purgationis iuramento nō exigitur hodie qđ infamat⁹ iuret
ſe a tempore baptiſmi nō deliquiſſe.
12 Infamiam facti ſicut non tollit ſententia ſic nec penitentia.
13 Purgare ſe quare non teneatur prelatus de preteritis delictis tñ
occultis cōmiſſis ante promotionem.

1 **Accepimus.** ¶ † Non ſufficit prelato de cri-
minibus infamato iurare: cū ſe
purgat qđ ſit immunis ab illo: imo iurare debet quod
poſt promotionem ſuam illa crimina non commiſit. h.
d. Quatuor partes habet. In prima iudicum cōſultatio ſuper for
ma purgationis quam purgandus offerebat. In ſecunda ipſius
purgandi ſupplicatio. In tertia ipſius forme reprobatio. In q̄r-
ta cauſe cōmiſſio cum expreſſione debite forme purgationis. ſecū-
da ibi. ipſe vero: tertia ibi. porro. quarta ibi. ideoq3. c. ꝛ. j. deciditur
qualiter oblata purgatione predicta quod eſſet immunis dicti de
legati eam admittere non volebant: quia animo poterat eſſe im-
munis propter penitentiam: ꝛ tamen delictum commiſiſſe. vnde
volebant quod iuraret quod illa delicta commiſiſſet: ſuper quo de
legati conſuluerunt papam: ꝛ epiſcopus eſt conqueſtus quaten⁹
temperetur. ꝛc. ꝛ papa mandat: vt ſequitur. ¶ Not. primo ꝙ indi
ctione purgationis citandus eſt is cui purgatio indicitur. ¶ Se-
cundo no. preſumendum pro proceſſu delegatorum vt iuſte agūt
etiam nulla ſecuta ſententia: ꝛ quod dubia in meliorem partem.
2 ꝛc. glo. alleg. concor. ¶ Not. hoſtiē. quod iudex cauſe debet cauere
ne per poſitionem: reſponſionē: proteſtatione3: vel quāuis propo
ſitionem cauillōſam: vel duplicem aliquid cōmittit in periculum
animarum. ad id de ap. oblate. ad ſi. vel per qđ veritas obfuſcetur:
vel ps decipiat: vel ſuo proceſſu elidatur. ad idē vt lit. non ꝯte. qm̄.
3 ¶ Tertio no. ꝙ immunitas delicti fori penitētialis: q2 delicti ꝓ-
pter penitentiam nō excuſat a pena fori contentioſi: ideo nō ſuffi
cit quē ſe purgare qđ ſit immunis: ſed debet ſe purgare quod non
cōmiſerit delictū: vt purgatio ſufficiens exiſtat. Et ſic no. ꝙ iura-
mentum excludens peccatū in foro penitentie: non excindit pec-
catum in foro cōtentioſo quo ad penā temporalem pro delicto cō
4 miſſo imponendam. ¶ Quarto no. † ꝙ nemo poteſt eſſe cert⁹ an
p pniam quātuncunq3 legitime actam: ſit immunis a peccato: vñ
anima quādiu corpori inheret nō pōt eſſe certa de ſalute futura.
¶ Quinto no. ꝙ temerarium ꝛ ineptum iuramentum purgatio-
nis eſt repellendum. ¶ Sexto no. tria delicta hic expreſſa que di-
5 cuntur grauiora. ¶ † Septimo no. ꝙ venditiōe iuſtitie nō cōmit-
titur ſimonia. ¶ Octauo no. ꝙ ſuper his tm̄ eſt purgatio indicen
6 da: ſuper qbus quis eſt infamat⁹. glo alleg. ꝯcor. ¶ † Nono no. ꝙ
delicta ante ꝓmotionē cōmiſſa non deijciunt iam ꝓmotū: ex quo
erant occulta. ¶ Decimo no. inter hec differentiam me nunqua3
delictum cōmiſiſſe: vel ex delicto immunē eſſe: q2 qui non cōmiſit:
quo ad vtrunq3 forum eſt immunis: qui eſt hodie imunis eſſe pōt
quo ad forum penitentiale: ſ3 nō quo ad tpale: vnde penitens iu-
rans ſe immunē eſſe eſt periurus: q2 l3 ſit immunis quo ad forū pe
7 nitentiale: non tamen quo ad deū. ¶ † Oppo. primo ꝙ nō preſu-
mitur pro iudicis proceſſu. de proba. qm̄ contra. Solu. de iuſtitia
ſtātibus actibus preſumiť pro iudice ꝛ v̄bo iudicis ſtať: pro actis
vero nō preſumitur ſi de eis in dubium reuoceť. ¶ Not. iſtud dictū
non ſolum pro diffinitiua iudicis preſumiť: ſ3 etiā interlocutoria

8 que habet vim diffinitiue: qđ eſt bene notandum. ¶ †Oppo. ſecū
do qđ non inter grauiora crimina reputatur lapſus carnis: cū faci
liter quis illū incurrit. So. expone grauius. i. communi⁹: ſic. xxij.
q. vij. quid. Uel eſt grauius: quia per ipm perditur bonū recte con
9 ſcientie. de tempo. ordi. c. fi. ¶ †Oppo. tertio ꝙ iuramētū debeat
exprimi cum qua deliquerit: qꝛ non ſufficit ꝙ ſit infamatus ex de-
licto in genere: vel ꝙ iuret in genere: ſed debet dicere, qđ delictum
cōmiſit cum tali ⁊ de tali. ff. de accu. l. libellor. ⁊ de procu. tue. Itez
qꝛ in inquiſitione ſunt omnia ſingul'r exprimenda. de accuſa. qua
liter ⁊ qñ. ij. §. debet. ad hoc no. de elec. in. c. pe. in glo. iij. lib. vj. Itē
qꝛ non lz vagari in tali crimine in diſcrimen alterius: vt. l. pretor.
§. rñſo. ff. de iniur. So. in libellis ⁊ accuſationibus debent crimina
ſpecificari: qꝛ accuſatio eſt odioſa ⁊ ad proſecutionem iniurie: ⁊ ha
bet quandoqꝫ grauiſſimam penam in inquiſitiōe: ſi eſt generalis
non ſpecificatur. de ſimo. licet hely. de accu. licet. ⁊. c. veniens. dz ta
men poſtea in proceſſu ſpecificare: ſi velit punire vt iudex certam
poſſet ferre ſententiam. Inſti. de accu. §. curare. In purgatiōe nō
requiritur ſpecificatio criminum: vt hic. ⁊. ʒ. eo. accedens. c. conſti-
tutus. ⁊. c. ex tuarum. ⁊ hoc fit ex neceſſitate. ⁊ non poteſt eſſe aliter
quia propter infamiam fit inquiſitio: ⁊ non indicitur purgatio: q̄
tamen ex incerto auctore procedit. Tamen dicit hoſtiē. ꝙ ſi actio
eſt ſpecialis: ſpecificatio eſt facienda: ſi hoc petatur: alias ſecus: vt
C. de except. l. fi. ſecus in generalibus ⁊ vniuerſalibus. Item ꝙ etiā
in ciuilibus admittitur qñqꝫ incerte petitio. ſ. quando libellus eſt
incertus: quia dependet a facto alieno: dūmodo in proceſſu poſt-
modū declaretur: vt. ff. quo. lega. l. j. §. ꝙ autem. ⁊c. In ciuilibus ac
cuſationibus dic vt de libel. obla. c. j. ⁊. c. conquerente. de offi. ordi.
qđ hic ſupflue repetit Inno. in exceptionibus vt quidem repella-
tur a teſtimonio vel ordine vel beneficio debent omnia ſpecifica-
ri. de teſti. preſentium. §. teſtes. ⁊ verſi. ſi vero dictus abbas. vbi Jo.
and. dicit hoc nō probari per illos tex. in nouella. niſi opponatur
exceptio cum infamia vt quis a dignitate repellatur: qꝛ tunc ſuffi
cit opponere adulterium vel conſimile in genere: dūtamen iuret
ſe ignorare cum quo. argu. ff. de furtis. l. ignorare. In exceptione
excōmunicationis idem qđ non ſufficit quod in genere propona-
tur. de except. pia. §. ſi quis igitur. lib. vj. vbi de hoc Jo. an. Finali-
ter cōcludit Inno. ꝙ ſm ꝙ eſt fama capitula ſunt tradēda: qꝛ ſi ge
neralis generaliter: ſi ſpecialis ſpecialiter. Ad hoc no. in ſimili. de
ſen. excom. ſtatuimus. v. ex loca. lib. vj. ⁊ ſic tantum facit generalis
infamia quo ad generalia: quantum ſpecialis quo ad ſpecialia. ad
hoc. ff. pro ſocio. l. pro actione. §. renūciare. per hec infert Inno. ꝙ
idem debet dici in purgatione: qꝛ ſi generaliter quis eſt infamat⁹:
generalis debet indici purgatio: ſi ſpecialiter ſpecialis debet indi
ci: imo dicit precauendū ne quis compellatur ad denudandū in-
famiam alicuius maxime occultam. iuxta no. in. c. delictorum. de
teſti. cog. Alioquin contingeret multa peccata occulta publicari
⁊ ipſorum correctionem impediri contra mentem plurium iuriū.
10 ¶ †Oppo. glo. ſecunda. ꝙ debuerit exigi iuramentum ꝙ a tem-
pore baptiſmi non peccauerit. xxv. di. c. fi. So. dicit glo. ꝙ forma ⁊
rigor illius canonis non ſeruatur qđ a natiuitate exigi dz: nec ho-
die: nec olim forma ꝙ a baptiſmo olim admittebatur: ſed quia ho
die non inueniuntur tales: ⁊ nemo ſine crimine viuit: talis forma
11 eſt reprobata ſm glo. ¶ †Glo. iiij. in prin. literalis. in verbo ſepe.
querit quare iuramentum ꝙ erat immunis eſſet temerarium. di-
cit glo. ꝙ iuramentum erat inſufficiens: qꝛ dato ꝙ peccatum eſſet
dimiſſum quo ad forum penitentiale: non erat dimiſſum quo ad
penam temporalem. de penis. diſt. ij. ſi peccatum. Idem dicit gloſ.
ſuper verbo. cōmiſiſſe: quia talis penitentia non tollit infamiaz
delicti que remanet de facto non ſufficiens: ergo erat talis purga-
12 tio. ¶ †No. hanc glo. quia ſicut ſententia non poteſt tollere infa-
miam facti: ſic nec penitentia. ad hoc. ʒ. eo. ex tuarum. Item quia
poſito ꝙ diceret ſe immunem reſpectu fori penitentialis: de hoc
non erat certus: ſed dubius: qꝛ hoc pro certo ſcire non poterat: vñ
iurando ꝙ eſſet immunis erat doloſum: temerarium: ⁊ indiſcre-
tum iuramentum. ¶ Secundo oppo. cum eadem gloſſ. quod hec
forma procedit. ʒ. eod. conſtitutus. vbi ſufficit iurare ꝙ ſit immu-
nis. So. dicit qđ debet addi ad illam formam. i. non commiſit illa
crimina de quibus epiſcopus erat infamatus. Uel dic ꝙ in com-
purgatoribus iuramētū eſt ſufficiens qđ iurent ſm ꝯſcientiaz ſit
immunis: quia cum nō ſint certi de penitentia: nec hoc poſſint ve
riſimiliter credere vel ſcire: intelligere qđ credit qđ non cōmiſit: ſe-
13 cus in purgādo. ¶ †Querit glo. in verbo poſtqꝫ: quare de preteri
tis ante promotionem ſe nō purget. glo. dicit quia non eſt infama
tus de illis: alʼs non fuiſſet ꝓmotus. lxxxj. di. tm̄. de accu. oipotēs.
Itē ex quo approbauerūt epi ei⁹ mores: ipʒ reprobare nō pñt. viij.
q. ij. dilectiſſimi. cuʒ ſimi. Phil. hoc fatetur ſi crimen ſit leue. Sec⁹
ſi graue: quia de crimine ante cōmiſſo debet ſe purgare. lxviij. diſt.
c. j. xxviij. di. c. vltimo. Quod eſt verum ſm Hoſtien. ſi crimen non
fuit occultum. Et dicit Hoſtien. hec bene notanda per prelatos ⁊
alios in officio conſtitutos: quod facit etiam pro eis. ſcilicet quia
promotores non debent venire contra factum ſuum. de cleri. con-
iu. c. diuerſis. cum ſi. Item quia occulta ſoli deo ſunt relinquenda
vt. ʒ. de ſimo. ſicut nobis. in fi. Nec ob. ſi dicitur promotores igno-
raſſe: qꝛ aut non inquiſiuerunt: ⁊ ſic fuerunt in culpa. arg. xxxviij.
diſ. §. fi. ⁊. ʒ. de elec. cum terra. vbi hoc aut inquiſiuerunt ⁊ nihil in-
uenerunt: ergo occultum: ⁊ ſic ſoli deo relinquendum: que occulta
non impediunt promotionem: vt in. c. fina. de tempo. ordinā. Cō
tra predicta tamen facit quod non ignores. ad finem. de preben.
de quo dic vt ibi in glo.

## ¶ De purgatione vulgari. Rubrica.

1 ☞ Purgatio vulgaris ⁊ canonica vnde dicatur.

¶ Uiſo de purgatione canonica ꝓmiſſa: videndū eſt de vulgari ꝓ-
1 hibita: †⁊ dr̄ vulgaris: qꝛ illam vulg⁹ inuenit: ſicut canonica quam
canō indixit. Et materia habet. xij. q. v. ꝯſuluiſti. vſqꝫ ad fi. qōnis.

1 ☞ Purgatio vulgaris quare ſit prohibita hodie. nu. 3.
2 Duella ſunt hodie prohibita.
1 Dura ſuſcepti. ¶ †Duella ⁊ alie vulga
res purgationes ſunt ꝓ-
hibite. hoc primo: quia per eos ſepe damnatur ab-
ſoluendus. hoc ſecūdo. Et qꝛ per eas deus tentatur
hoc tertio. Et ibi in eo caſu. i. loco: ſcilicet an in pre-
dio vel platea: ſeu poſſeſſiōe eccleſie hec fieri debeāt:
vel vt fiant ſubſtineri: conſueuerunt enim fieri: quia ampliora lo-
ca vel plateas magis ad id aptas habere ſolent eccleſie: vel in eo ca
ſu proprie: qꝛ pro litigio poſſeſſionū eccleſie dari nō debent duella
tores: ſiue litigiū inter duas eccl'ias vl' iter eccl'ias ⁊ ꝑuatū: nec etiā
in alijs. ſ. in cauſis laicorum permitti debēt. ¶ Notabilia ſunt cla
2 ra ſcōm vtranqꝫ lecturam. ¶ †Oppo. q' duellum toleratur: qꝛ go
lias pugnauit cum dauid. Solu. id fuit ex inſtinctu ſpiritus ſan-
cti: ſicut petrus excuſatur qui geminum fecit homicidium. xxiij. q.
vlti. occidit: ⁊ patriarche excuſantur ab adulterio. de diuor. gaude
3 mus. ¶ †Querit glo. quare purgatio hec reprobetur. dicit gl. quia
tentare videtur deum. j. c. vltimo. ⁊ qꝛ fabricante diabolo inuenta.
ij. q. v. mennam. ⁊ quia qui in culpa non eſt punitur. j. c. proxi. ⁊ qꝛ
quādiu homo habet quid faciat non debeat deum tentare. alleg.
iura. ⁊c.

1 ☞ Accuſari poſſunt duo ſimul de eodem delicto. nu. 6.
2 Agere quando impediatur aliquis propter ſuū peccatum: lz iuſte
agere poſſit.
3 Furti pena eſt vt quis quandoqꝫ bonis ſuis ſpolietur.
4 Sentētia lata ex improbata ꝓbatiōe retractatur veritate ꝯperta.
5 Sententia lata contra ius an valeat vt videatur poſſe tranſire in
rem iudicatam per quam retractari nequeat etiā ꝑtextu facti no-
uiter emergentis. nu. 4.
7 Preſcribi an poſſit iuriſditio meri ⁊ mixti imperij.
1 Significantibus. In prima conſtitio
In ſecūda prouiſio
¶ †No. ꝙ duo poſſunt in eodem libello de eodem de-
licto accuſari. ¶ Nota ꝙ peccatum qñqꝫ nouā facit vin
dictam: vnde dicim⁹ in vulgari: peccato vegio fa vergogna noua.
2 ¶ †Tertiū nota ꝙ peccatuʒ hoīs impedit proceſſum: etiam in eo
qđ iuſte agit: ſicut inducit infirmitatē. de peñ. cū infirmitas. ⁊ mor
3 tem. de appel. qua fronte. ¶ †Quarto no. penam furti vt quis bo
nis ſpolietur: hoc erit forte de conſuetudine terre. ¶ Quinto no.
4 qđ quandoqꝫ deus reuelat veritateʒ apud homines. ¶ †Ultimo
no. ꝙ ſententia lata ex improbata probatione veritate comper-
ta retractatur. ¶ Glo. j. oppo. ꝙ ſententia hic nō debeat retracta-
ri comperta veritate: ex quo tranſiuit in rem iudicataʒ. de re iudi.
cum inter nos. ⁊ quia ex ipſa ſententia eſt factum ius inter partes
dato quod ſit iniuſta. Item quia pretextu nouiter emergentis ſen
tentia non reuocatur. de re iudi. cum inter monaſteriuʒ. cum ſimi.
¶ Glo. dat duas ſolutiones. Prima quod ſententia propter pro
babilem errorem lata retractatur. allegat iura. de frigi. fraternita-
tis. Allegat alios caſus in quibus retractatur ſententia. Secun-
da ſolu. ꝙ retractatur ſententia hic: quia nulla eo quod lata auto
ritate probationis a iure improbate. ¶ Dic tu colligendo verba
docto. quod ſi lata eſt ſententia pretextu probationis vere ⁊ nō im
probate: ⁊ omnino integre: ⁊ ſententia eſt aliqua: licet iniuſta va-
let: nec retractaẜ niſi cauſa redeat ad non cauſam: vt in illa. l. itaqꝫ
filio. vel niſi fauor cauſe aliquid inducat: vt in cauſa matrimoniali
vt dicto. c. fraternitatis. de re iudi. tenor. ⁊. c. conſanguinei. Si ſentē
tia eſt lata pretextu probationis non improbate: ſed falſe: dic vt ō
except. cum venerabilis. de proba. licet cauſam. ⁊ per Bar. de re iu
di. l. diuus. Si eſt lata pretextu probationis preſumpte: ⁊ non oī-
no integre vt in purgatione illa comperta veritate retractatur. di
gi. ʒ. c. ex tuarum. ⁊ dicit hic Hoſ. Si vero ſententia eſt nulla: nō eſt
dubium